NAZIONALE
VITT. EMANUELE
ROMA
8 M
41 A
27
Digitized by Google

Digitized by Google

T.

PETRONII ARBITRI SATYRICON.

Io. BOVRDELOTIVS
Emendauit, ſuppleuit, Commentarium perpetuum adiecit.

VENVNDANTVR PARISIIS,
Apud ISAACVM MESNIER,
Via Iacobæa ſub Quercu viridi.

M. DC. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INTEGERRIMO CLA-
RISSIMOQVE VIRO GILBERTO
Gaulmino Conſiliario Régio, & apud Molineos Criminum Vindici.

IO. BOVRDELOTIVS. S. P. L.

VT fortunatos eos autumant qui numquam ingreſſi ſunt mare, *Gaulmine præſtantisſime*, ita fortunatos eos autumo, qui procelloſis hominum iudicijs famã nominis nuſquam crediderunt. Nec perpetuó tamen fides maris infamis eſt, nec omnes profundæ voraginis abſorbet auiditas: illum Acroceraunijs multorum oſſibus deallatis felix procella ſurripit, & penatibus red-

dit incolumen : hunc Icarijs fluctibus obluctantem repentina tranquilitas terræ conſociat: illum imo demerſum gurgite faſtidioſus vortex euomit: hunc turbinibus pene colliſũ, inopina Neptuni bonitas quietum præſtat; & ſi bene calculũ ponas, non vbique naufragium eſt. At iudicia mortalium infideles prorſus arbitri, quibuſque licet committere quidquid periturũ credibile eſt. Quod enim certius in certiſſimis ruinarum caſibus damnum, quod euidentius in extremo naufragij periculo detrimentum cenſendum, quam capitibus illis nomen ſcripta que tua committere, quibus etiam ſua ſalus ac fama faſtidioſa eſt? Naufragia tamen alia faciliorem ac leniorem, alia duriorem & acerbiorem trahunt ruinam. Eſt enim miſericordiæ genus cito interficere, & perire citiſſimè, in ipſa calamitate felicitas eſt eximia. At in ipſo naufragiorum gur-

Digitized by Google

AD ARBITRVM PETRONIVM

A CLARISSIMO V. IO. BOVRDELOTIO Aulici conſilii Patrono recenſitum

Fed. MORELLI Profeſſ. Reg.

PHALEVCII.

Ebent multa tibi nouem ſorores,
Et debent Charites, PETRONI, *amœnæ,*
Quis cordi aureolus tuus libellus
Complectens veneres, ſales, lepores.
Nec debent minus & Fabro & Pithæo
Qui Petronia per vireta clarent.
Verùm præcipue tibi erudite
Debent plurima, BOVRDELOTE, *Muſæ,*
Qui dextram medicam Arbitro *dediſti*
P*lagis innumeris prius scatenti.*
Cuius prodis ope integer PETRONI,
Gratus fac vigeat perenne in æuum.

Digitized by Google

BLANDE
Lectorem meum admoneo
Io. BOVRDELOTIVS.

QVi moram obiicit occupato tibi (Lector humaniſſ.) commentario ſuo malé conſulit, ſi de rebus neceſſariis non admonitum adire patiatur: paucula illa ſunt monenda, ſine quibus hic tibi nulla quies, lumen modicum, & inextricabilis error. Criticorum præludia Petronius Arbiter; nec vllus eſt, cuius ingenium non ſenſerit, aut vngues. Declarat ipſa moles Emendationũ, Coniecturarũ, Notarum, Animauerſionũ, Collectaneorum, Præcidaneorũ, Racemationum, Spicilegiorum, Symbolarum, & tot noua nomina veſtis, quæ lectorem quærunt iam cibos validiores faſtidientem. De his iudicium noſtrum an requiris? Omnia bellé, fœliciter, decenter. Nos aliquando caſus adiuuit, ſæpius deſtituit, vt quibus ætas imbellis impar congreſſus. Nec, vt Albinus ille qui Romanus Græce ſcripſerat, audacię veniam deprecor, ſcio quid per ætatem & pro culpa meruerim, in qua

gite quidam lentis ac ſapientibus macerãtur ignibus inexeſa corporũ laceratione nutritis, in quibus inſuper continuis mucronum aculeis fodiuntur, rotâ torquentur, equuleo diſtenduntur, & ita totum in vulnere corpus habent, vt etiam in ipſis doloribus dolor ſedes varias diſponere videatur. Inter miſeros illos in quos vndique pœnæ, vndique cruciatus confluunt, ego in emendando & interpretando Satyricorũ Petronij fragmento principem locum obtineo. Iam audio nocturnas aues præſago cantu ferale carmen occinentes, Iam tuba, candelæ, veſpillones, omniſque morticinæ lugubris apparatus ad exequias meas procedit: Iam illud pro næniâ murmur. Poſt tot, inquiũt, celiberrimorũ virorum notas, quorum nomina vitant libitinam, quid aliud homo nouus expectabat, quam, vt ſorex, indicio ſuo periret? Quis erat ille myrmeci-

us, qui ſopitos ignes impucitiæ ſuſcitabat? Alij aliud ad murmurãt, Quibus, vt aliquid mortuus reſpõderẽ, neceſſe habui per celebritatem nominis tui, per famam illam, quà te vltra omnium commẽdationem protuliſti, per ſpem rediuiarum, teduce, apud Gallos bonarum artium reſpõdere. Suſcipe igitur cõmentarium librum ad te cõfugientem. Ecquis erit qui ad carpendos iuueniles conatus noſtros inducet animũ, ſi nominis vmbone deffẽderis? cauſam, quà ſòles diligentià & acumine, pondera, & *Gaulmine*, qui virtute inuidiã ſuperas, qui doctrinæ tuæ faſcibus alios longe ſubmoues, qui nihil aliud es quam ex omni ſapiẽtiæ, virtutis, probibatis, & ſcientiarũ cumulo collecta perfectio, Tu, Vindex & Quęſtor criminũ; ſi delicui, potes ex autoritate dignitatis *vitio nigrũ præfigere theta*, ſin minus, librũ innocentẽ abſolue, protege, autorẽque ſuũ in humanitatis tuæ partem admitte.

Digitized by Google

olus nullis adhibitis conſciis delicui. Nolui Deum illum marinum exclamare, periiſſe frontem de rebus. Fateor ex quà hora Petroniũ interpretandum ſuſcepi, tot interpretũ mentes alibi præuiſas habui, vt moles ipſa autori mihi formidinẽ incuteret. Amputaui continuó ſuperflua, extranea, vana; & ſi quod politioris examinis appareret, Petronij Satyricis minus inſeruiens, in alium locum reſeruaui, autori meo addictus. hinc factum vt ita studuerim breuitati ſimul & perſpicuitati, quod in primis arduum, et quod alij tribus chartis, ego tot lineolis comprehenderim. Nec inducar vt admittam vſquam Plinianum illud. *Vt alia bonæ res, ita bonus liber melior quiſque quo maior*. Itaque verbis pompam & fimbrias non addidi, ſimplici nudaque dilucidatione contentus. An euentus propoſitum decollarit, *Lector beneuolè*, iudica. ſat eſt.

Induxi te ad legendum, ſincerum mihi
Candore noto reddas iudicium, precor.

Vale.

PRÆSTANTISSIMO MATHE-matico Alexandro Anderſono.

Io. BOVRDELOTIVS. S.

QVOD inter nos amoris affectuſque mutui votum eſt, (Mathematicorum lumen Alexander Anderſone) illud celebratum commorientium votum eſt, quod violare, adeo nefandi ac abominandi ſceleris arbitor, vt violatorem nulla victima piacula nulla poſſint reſoluere. Si tamẽ quæras, deſertorum vnde tot examina, tot violatorum agmina, tot amicorum querimoniæ: ex eo fluere mihi videntur, quod oculis clauſis ac temere, nec ipſo Coraco ſiue amicitię Deo conſulto, non initiatis affectibus, non pręuiſis animorum arcanis, vnumquemque ſacris illis admouemus, quæ myſtæ vix omnes nouere. Campeſtres melius Scythæ, qui nullum ex his vulgiuagis & triuialibus amicum ſibi credunt, ſed quem rerum experientia pro-

Digitized by Google

bauit. Scythæ ſoli, quid amici nomen valeat, haud ignorant: Nec eſt cur ipſi, quos fucata ſimulataque ſapientia decorat extrinſecus, indignemur. Cur enim ſacris amicorum cunctos ſine delectu ſtatim admittimus, quos, velut ne faſtos, velum arcet longa ſeculorum ſerie non exploratos? porro, quod Scythę, ferina illa nobis pectora, ſint amicitiæ ſinceræ iuſti iudices, ex legibus licet colligere. Amicos pauciſſimos habere ſtatutum, hos idiomate ſuo Coracos vocant, qui plures cōparant, quæſtuariam & meretriciam artem factitare. Quod vtinam ſtatutum ſaltem apud eruditos pari pondere libraretur, vti paucos ita ſinceros amicos haberemus, vt eadem vellent ac nollent, animus vnus in duobus diuideretur, pectus vnum pari voluntate concineret. Verum quoniam prauitas in plurimis mortalium ingeniis altiſſimas agit radices, ac propagatur felices fortunatoſque cenſeo, quibus, vt nobis *Anderſone mi*, paruus amicorum numerus diuitiarum ingens aceruus eſt. Cum igitur nos candoris eadem fata coniunxerint quid aliud cogitem quam pro meo voto votum illud concipi-

Digitized by Google

am? *Dij precor, hoc vinclum ſit mihi perpetuum?* Huius apendicem Commentariũ meum in Petronij libros Satyricorũ offero perexigum, ſed amoris genuini ſymbolum tibi gratiſſimum, dum ea matureſcũt interim, quę me tibi totum probatura ſunt. Vale. Cal. Ianuar. MDCXVIII.

Digitized by Google

T. PETRONII ARBITRI SATYRICON.

NOn alio genere furiarum declamatores inquietãtur, qui clamant, Hæc vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos: nam ſucciſi poplites membra non ſuſtinent. Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam ituris viam facerent: nũc & rerum tumore, & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu, hoc tantum proficiunt, vt cum in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos. Et ideo ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in vſu habemus, aut audiunt, aut vident: ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes, quibus imperent filiis, vt patrum ſuorum capita præcidant, ſed reſponſa in peſtilentia data, vt virgines tres aut plures immolentur: ſed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factáque quaſi papauere & ſeſamo ſparſa. Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quàm

bene olere qui in culina habitant. Pace veſtra liceat dixiſſe, primi omnium eloquentiam perdidiſtis. Leuibus enim atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis, vt corpus orationis eneruaretur & caderet. Nondum iuuenes declamationibus continebantur, quum Sophocles & Euripides inuenerunt verba quibus deberent loqui. Nondum vmbraticus doctor ingenia deleuerat, quum Pindarus nouemque Lyrici Homericis verſibus canere timuerunt. Et ne Poetas quidem ad teſtimonium citem, certe neque Platona, neque Demoſthenem ad hoc genus exercitationis acceſſiſſe video. Grandis, & vt ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulchritudine exſurgit. Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas, Athenas ex Aſia commigrauit, animoſque iuuenum ad magna ſurgentes veluti peſtilenti quodam ſidere adflauit, ſimulque corrupta eloquentiæ regula ſtetit, & obmutuit. Quis poſtea ad ſummam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam proceſſit, ac ne carmen quidem ſani coloris enituit: ſed omnia quaſi eodem cibo paſta, non potuerunt vſque ad ſenectutem caneſcere. Pictura quoque non alium exitum fecit, poſtquam Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam inuenit. Non eſt paſſus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipſe in ſchola ſudauerat: ſed Aduleſcens, inquit, quoniam ſermonem habes non publici ſaporis, & quod rariſſi-

Agamemnon

mum eſt, amas bonam mentem, non fraudabo te arte ſecreta. Minimum in his exercitationibus doctores peccant, qui neceſſe habent cum inſanientibus furere. Nam niſi dixerint quæ adoleſcentuli probent, vt ait Cicero, *ſoli in ſcholis relinquentur*; ſicut ficti adulatores cum cœnas diuitum captant, nihil prius meditantur, quàm quod putant gratiſſimum auditoribus fore. Nec enim aliter impetrabunt quod petunt, niſi quaſdam inſidias auribus fecerint, ſic eloquentiæ magiſter, niſi tanquam piſcator, eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo. Quid ergo eſt? parentes objurgatione digni ſunt, qui nolũt liberos ſuos ſeuera lege proficere. Primum enim, ſicut omnia, ſpes quoque ſuas ambitioni donant: deinde quum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt, & eloquentiam, qua nihil eſſe maius confitentur, pueris induũt adhuc naſcentibus. Quòd ſi paterentur laborũ gradus fieri, vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera mitigarẽtur, vt ſapientiæ præceptis animos componerent, vt verba atroci ſtilo effoderent, vt quod vellent imitari, diu audirent, ſibi nihil eſſet magnificum quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maieſtatis ſuæ pondus. Nunc pueri in ſcholis ludunt, iuuenes ridentur in foro, & quod vtroque turpius eſt, quod quiſquis perperam diſcit in ſenectute, confiteri non vult. Sed ne me putes improbaſſe ſchedium Lucilianæ humilitatis, quod

ſentio & ipſe carmine effingam:

Artis ſecreta ſi quis amat effectus,
Mentemque magnis applicat, prius mores
Frugalitatis lege polleat exacta:
Ne curet alto regiam trucem vultu,
Cliénſue cœnas impotentium captet:
Ne perditis addictus obruat vino
Mentis calorem, néve plauſor in ſcenæ
Sedeat redemptus hiſtrioniæ addictus,
Sed ſiue armigeræ rident Tritonidis arces,
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenumque domus, det primus verſibus annos,
Mæoniumque bibat felici pectore fontem,
Mox & Socratico plenus grege, mutet habenas
Liber, & ingentis quatiat Demoſthenis arma.
Hinc Romana manus circumfluat, & modo Graio
Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem:
Interdum ſubducta foro det pagina curſum,
Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.
Dein epulas, & bella truci memorata canore,
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minẽtur.
His animum ſuccinge bonis. ſic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.

Encolpius. Dum hæc diligentiùs audio, non notaui mihi Aſcylti fugam: & dum in hoc dictorum æſtu totus incedo, ingens ſcholaſticorum turba in porticum venit, vt apparebat, ab extemporali declamatione neſcio cujus, qui Agamemnonis ſuaſoriam exce-

perat. Dum ergo iuuenes ſententias rident, ordinémque totius dictionis infamant, opportunè ſubduxi me, & curſim Aſcylton perſequi cœpi. Sed nec viam diligenter tenebam, nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam. Itaque quocumque ieram, eodem reuertebar: donec in curſu fatigatus, & ſudore iam madens, accedo aniculam quandam, quæ agreſte olus vendebat: Et, rogo, inquam, mater, numquid ſcis vbi ego habitem? Delectata illa vrbanitate tam ſtulta: &, Quidni ſciam? inquit, conſurrexitque, & cœpit me præcedere. Diuinam ego putabam: at ſubinde vt in locum ſecretiorem venimus, centonẽ anus vrbana reiecit: &, Hîc, inquit, debes habitare. Quum ego negarem me cognoſcere domum, video quoſdam inter titulos, nudáſque meretrices furtim ſpatiantes. Tardè, immò iam ſerò intellexi me in fornicem eſſe deductum. exſecratus itaque aniculæ inſidias, operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem: cùm ecce in ipſo aditu occurrit mihi æquè laſſus ac moriens Aſcyltos, putares ab eadẽ anicula eſſe deductum. Itaque vt ridens eum conſalutaui, quid in loco tam deformi faceret, quæſiui. Sudorem ille manibus deterſit, &, Si ſcires, inquit, quæ mihi acciderunt. quid noui? inquam ego. at ille deficiens, Quum errarem, inquit, per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco ſtabulum reliquiſſem, acceſſit ad me paterfamilias, & ducem ſe itineris humaniſſimè promiſit: per amfractus deinde ob- *Aſcyltos.*

ſcuriſſimos egreſſus, in hunc locum me perduxit, prolatoque peculio cœpit rogare ſtuprum. Iam pro cella meretrix aſſem exegerat, iam ille mihi iniecerat manum, & niſi valentior fuiſſem, dediſſem pœnas adeò vbique omnes mihi videbantur Satyrion bibiſſe *

Encolpius. iunctis viribus moleſtum contempſimus * quaſi per caliginem vidi Gitona in crepidine ſemitæ ſtantem, & in eundem locum me conieci. Quum quærerem, numquid nobis in prandiũ frater paraſſet, conſedit puer ſuper lectum, & manantes lacrymas pollice exterſit. Perturbatus ego habitu fratris, quid accidiſſet, quæſiui: at ille tarde quidem & inuitus, ſed poſtquam

Giton. precibus & iracũdiam miſcui: Tuus, inquit, iſte frater, ſeu comes, paulo ante in conductum acurrit, cœpitque mihi velle pudorem extorquere. Quum ego clamarem,

Encolpius. gladium ſtrinxit, &, Si Lucretia es, inquit, Tarquinium inueniſti. Quibus ego auditis, intentaui in oculos Aſcylti manus: &, Quid dicis, inquam, muliebris patientiæ ſcortum, cuius ne ſpiritus purus eſt? Inhorreſcere ſe finxit Aſcyltos, mox ſublatis fortius manibus, longe maiore niſu clamauit: Non taces, inquit, gladiator obſcœne,

Aſcyltos quem de ruina arena dimiſit? Non taces nocturne percuſſor, qui ne tum quidem, quũ fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti? cuius eadem ratione in viridario frater fui, qua nunc in deuerſorio puer eſt?

Encolp. Subduxiſti te, inquam, à præceptoris colloquio. Quid ego, homo ſtultiſſime, facere

Digitized by Google

debui, quum fame morerer? an videlicet audirem ſententias, id eſt, vitrea fracta, & ſomniorum interpretamenta? Multò me turpior es tu hercule, qui, vt foris cœnares, Poëtam laudaſti. Ita ex turpiſſima lite in riſum diffuſi, pacatius ad reliqua ſeceſſimus. * Rurſus in memoriam reuocatus iniuriæ, *Ened.* Aſcylte, in quam, intellego nobis conuenire non poſſe: itaque communes ſarcinulas partiamur, ac paupertatem noſtram priuatis quæſtibus tẽtemus expellere. Et tu literas ſcis, & ego, ne quæſtibus tuis obſtẽ, aliquid aliud promittam, alioqui mille cauſſæ nos quotidie collident, & per totam vrbem rumoribus different. Non recuſauit Aſcyltos, &, *Aſcylto* Hodie, inquit, quia tanquam ſcholaſtici ad cœnam promiſimus, non perdamus noctem: cras autem quia hoc libet, & habitationem mihi proſpiciam, & aliquem fratrem. *Encolp.* Tardum eſt, inquam, differre quod placet. * Hanc tam præcipitem diuiſionem libido faciebat. Iamdudum enim cupiebam amoliri cuſtodem moleſtum, vt veterem cum Gitone meo rationem deducerem. * Poſtquam luſtraui oculis totam vrbem, in cellulam redij, oſculiſque tandem bona fide exactis, alligo artiſſimis complexibus puerum, fruórque votis vſque ad inuidiam fœlicibus. Nec adhuc quidem omnia erant facta, quum Aſcyltos furtim ſe foribus admouit, diſcuſſiſque fortiſſime clauſtris, inuenit me cum fratre ludentem: riſu itaque plauſuque cellulam impleuit, opertum me amiculo euoluit, &, Quid agebas, inquit, *Aſcylt*

frater ſanctiſſime? quid? veſti contubernium facis: nec ſe ſolum intra verba continuit, ſed lorum de pera ſoluit, & me cœpit non perfunctoriè verberare, adiectis etiã petulantibus dictis, Sic diuidere cum fratre nolito. * * *

Encolpius. Veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notauimus frequentiam rerum venalium, non quidem precioſarum, ſed tamẽ quarum fidem malè ambulantem obſcuritas temporis facillime tegeret. Quum ergo & ipſi raptum latrocinio pallium detuliſſemus, vti occaſione opportuniſſima cœpimus, atque in quodam angulo laciniam extremam concutere, ſi quem fortè emptorem ſplẽdida veſtis poſſet adducere. Nec diu moratus ruſticus quidam familiaris oculis meis cum muliercula comite propiùs acceſſit, ac diligentiùs conſiderare pallium cœpit: inuicem Aſcyltos iniecit contemplationem ſuper humeros ruſtici emptoris, ac ſubitò exanimatus conticuit, ac ne ipſe quidem ſine aliquo metu hominem conſpexi: nam videbatur ille mihi eſſe, qui tuniculam in ſolitudine inuenerat. planè is ipſe erat. Sed quum Aſcyltos timeret fidem oculorum, ne quid temerè faceret, priùs tamquam emptor propiùs acceſſit, detraxitque humeris laciniam, & diligentiùs tenuit. O lusum fortunæ mirabilem. Nam adhuc nec futuræ quidem attulerat ruſticus curioſas manus, ſed tamquam mendici ſpolium etiam faſtidioſè ventitabat. Aſcyltos poſtquam depoſitum eſſe inuiolatum vidit, & per-

ſonam vendentis contemptam, ſeduxit me paululum à turba: &, Scis, inquit, frater, rediiſſe ad nos theſaurum de quo querebat? Illa eſt tunicula, adhuc, vt apparet, intactis aureis plena. Quid igitur facimus? aut quo iure rem noſtram vindicamus? Exhilaratus ego, non tantùm quia prædam videbã, ſed etiam quòd fortuna me à turpiſſima ſuſpicione dimiſerat, negaui circuitu agendũ, ſed planè iure ciuili dimicandum, vt ſi nollet alienam rem dominam reddere, ad interdictum veniret.

Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi qui Cynica traducunt tempora cœna,
Nonnunquam numis vendere verba ſolent.
Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces,
Atque eques in cauſa qui ſedet, empta probat.

Contrà Aſcyltos leges timebat; & quis, aiebat, hoc loco nos nouit, aut quis habebit dicentibus fidẽ. Mihi planè placet emere, quamuis noſtrum ſit, quod agnoſcimus, & paruo ære recuperare potiùs theſaurum, quàm in ambiguam litem deſcendere. Sed præter vnum dipondium, ſicilicumque, quibus lupinos deſtinaueramus mercari, nihil ad manũ erat. Itaque ne interim præda diſcederet, vel minoris palliũ addicere placuit, vt pretium maioris compendii leuiorem faceret iacturam. Quum primum ergo explicuimns mercem, mulier operto capite, quæ cum ruſtico ſteterat, inſpectis diligentius ſignis, iniecit vtramque laciniæ manum, magnáque vociferatione, latrones tenere clamauit. Cõtrà, nos perturbati, ne

videremur nihil agere, & ipſi ſciſſam & ſordidam tenere cœpimus tunicam, atque eadem inuidia proclamare, noſtra eſſe ſpolia quæ illi poſſiderent. Sed nullo genere par erat cauſſa noſtra, & conciones, quæ ad clamorem confluxerant, noſtram, ſcilicet de more, ridebant inuidiã, quod pro illa parte vindicabant pretioſiſſimam veſtem, pro hac panũciam ne centonibus quidẽ bonis *Aſcyltos* dignã. Hinc Aſcyltos pene riſum diſcuſſit: qui ſilentio facto, Videamus, inquit, ſuam cuique rem eſſe cariſſimam, reddant nobis tunicam noſtram, & pallium ſuũ recipiant.

Encolp. Et ſi ruſtico mulierique placebat permutatio, aduocati tamẽ iam pene nocturni, qui volebant pallium lucri facere, flagitabant vti apud ſe vtraque deponerẽtur ac poſtero die iudex querelã inſpiceret. Neq; enim res tantùm, quæ viderentur in controuerſiam eſſe, ſed longè aliud quæri, in vtra parte ſcilicet latrocinii ſuſpicio haberetur. Iã ſequeſtri placebant, & neſcio quis ex concionibus caluus tuberoſiſſimæ frontis, qui ſolebat aliquando & ad cauſſas agere, inuaſerat palliũ, exhibiturúmque craſtino die affirmabat. Cæterùm apparebat nihil aliud quæri, niſi vt ſemel depoſita veſtis inter predones ſtrangularetur, & nos metu criminis non veniremus ad conſtitutum. Idẽ planè & nos volebamus. Itaque vtriuſque partis votum caſus adiuuit. Indignatus enim ruſticus, quòd nos centonem exhibendũ poſtularemus, miſit in faciem Aſcylti tunicam, & liberatos querela iuſſit pallium deponere, quod ſolum litẽ faciebat. Ergo re-

cuperato, vtputabamꝰ, theſauro, in deuerſoriũ præcipites abimus, præcluſiſque foribꝰ ridere acumen non minús concionũ, quàm calumniantium cœpimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidiſſent.

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere,
Nec victoria mî placet parata.

* *

Sed vt primum beneficio Gytonis præparata nos impleuimus cœna, oſtium ſatis audaci ſtrepitu impulsũ exſonuit. Cùm & ipſi ergo pallidi rogaremꝰ, quis eſſet, Aperi inquit iã ſcies. Psye. Encol. Dum loquimur ſera ſua ſpõte delapſa cecidit, recluſæque ſubito fores admiſerunt intrãtem. Mulier autẽ erat operto capite, illa ſcilicet, quæ paulò antè cum ruſtico ſteterat: &, Me deriſiſſe, inquit, vos putabatis. Psyche ego ſum ancilla Quartillæ, cuius vos ſacrã antè cryptam turbaſtis: ecce ipſa venit ad ſtabulum, petitque vt vobiſcum liceat loqui. Nolite perturbari. nec accuſat errorẽ veſtrũ, nec punit. immò potiùs miratur quis Deus iuuenes tam vrbanos in ſuam regionem detulerit. Encol. Tacentibus adhuc nobis, & ad neutram partem aſſentationem flectẽtibus, intrauit ipſa vna comitata virgine, ſedénſque ſuper torum meum diu fleuit. ac ne tũc quidem nos vllum adiecimus verbum, ſed attoniti ſpectauimus lacrymas ad oſtẽtationem doloris paratas. Vt ergo tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput & manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum cõtritis, Quartilla. Quænam eſt, inquit, hæc audacia? aut vbi fabulas, & antecesſura latracinia

didiciſtis, miſereor medius fidius veſtri: neque enim impunè quiſquam, quod non licuit, aſpexit vtique noſtra regio tam præſentibus plena eſt numinib⁹, vt faciliùs poſſis Deum quàm hominem inuenire: ac neme putetis vltionis cauſſa huc veniſſe, ætate magis veſtra cõmoueor, quàm iniuria mea. Imprudentes enim, vt adhuc puto, admiſiſtis inexpiabile ſcelus. Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, vt tertianæ etiã impetum timerẽ & ideo medicinã ſomno petij, iuſſáque ſum vos perquirere, atque impetũ morbi monſtrata ſubtilitate lenire. Sed de remedio nõ tam valde laboro, maior enim præcordiis dolor ſæuit, qui me vſque ad neceſſitatem mortis deducit, ne ſcilicet iuuenili, impulſi licentia, quod in ſacello Priapi vidiſtis, vulgetis Deorũque cõſilia proferatis in populũ. Protẽdo igitur ad genua veſtra ſupinas manus, petóque & oro, ne nocturnas religiones, iocum riſũque faciatis, néve traducere velitis tot annorũ ſecreta, quæ myſtæ vix omnes nouerunt.

Encolpius.

Secundũ hanc deprecationem lacrymas rurſus effudit, gemitibúſque largis concuſſa tota facie ac pectore torũ meum preſſit. Ego eodem tempore & miſericordia turbatus & metu, bonum animum habere eam iuſſi, & de vtroque eſſe ſecurã. Nã neque ſacra quemquã vulgaturũ, & ſi quod præterea aliud remediũ ad tertianã Deus illi monſtraſſet, adiuuaturos nos diuinã prouidentiam vel periculo noſtro. Hilarior poſt hãc pollicitationẽ facta mulier, baſiauit me ſpiſſius, &

ex lacrymis in riſum mota deſcẽdentes ab aure capillos meos tẽtata manu duxit: &, Facio, inquit, inducias vobiſcum, & à conſtituta lite dimitto: Quòd ſi non adnuiſſetis de hac medicina quam peto, iam parata erat in craſtinum turba, quæ & iniuriam meam vindicaret, & dignitatem. Qua tilla.

Contemni, turpe eſt, legem donare, ſuperbum,
Hoc amo, quod poſſum qualibet ire via.
Nam ſane ſapiens contemptus iurgia flectit,
Et, qui non iugulat, victor abire ſolet.

Comploſis deinde manibus in tantum repentè riſum effuſa eſt, vt timeremus, idem ex altera parte & ancilla fecit, quæ prior venerat: idẽ virgũcula quæ vnà intrauerat. Omnia mimico riſu exſonuerant, quũ interim nos quæ tam repẽtina eſſet mutatio animorũ facta, ignorarem⁹, ac modò noſmetipſos, modò mulieres intueremur. * Enco pius.

Qua tilla Enc

Ideo vetui hodie in hoc diuerſorio quẽquam mortalium admitti, vt remedium tertianæ ſine interpellatione à vobis acciperem. Vt hæc dixit Quartilla, Aſcyltos quidem pauliſper obſtupuit: ego autem frigidior hyeme Gallica factus, nullũ potui verbum emittere. Sed ne quid triſtius exſpectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, ſi quid vellent conari, infirmiſſimæ, ſcilicet contra nos, quibus ſi nil aliud, virile ſexus eſſet, Et præcincti certè altiùs eramus: immò ego ſic iam paria compoſueram, vt, ſi depugnandum foret, ipſe cum Quartilla conſiſterem, Aſcyltos cum ancilla, Gyton cum virgine. * Tunc verò excidit omnis

Digitized by Google

conſtãtia attonitis, & mors nõ dubia miſerorũ oculos cœpit obducere. Rogo, inquã, domina, ſi quid triſtius paras, celeriùs cõfice. neque enim tam magnum facinus admiſimus, vt debeamus tenti perire.

Ancilla, quæ Pſyche vocabatur, lodiculã in pauimento diligenter extendit. * Sollicitauit inguina mea mille iam mortibus frigida. * Operuerat Aſcyltos pallio caput, ammonitus ſcilicet, periculoſũ eſſe alienis interuenire ſecretis * duas inſtitas ancilla protulit de ſinu: alteráq; pedes noſtros al-
Aſcylt. ligauit, altera manus. ** Aſcyltos iam deficiente fabularũ contextu, Quid ergo, inquit, nõ ſum dignus qui bibam? Ancilla riſu meo prodita cõploſit manus, &, appoſui
Pſyche. quidem, inquit, aduleſcens. ſolus tantùm medicamentum ebibiſti? Itáne eſt, inquit,
Quart. Quartilla, quicquid ſatyrii fuit Encolpius
Encolp. ebibit?* nõ indecenti riſu latera commouit. * Ac ne Giton quidem vltimò riſum tenuit, vtique poſtquã virguncula ceruicem eius inuaſit, & non repugnanti puero innumerabilia oſcula dedit. * Volebamus miſeri exclamare, ſed nec in auxilio erat quiſquam, & hinc Pſyche acu comatoria cupienti mihi inuocare Quiritium fidem, malas pungebat; illinc puella penicillo, quod & ipſum ſatyrio tinxerat, Aſcylton opprimebat.

Vltimò cinædꝰ ſuperuenit myrtea ſubornatus gauſapila, cingulóq; ſuccinctus, modò extortis nos clunibus cecidit, modò baſiis olidiſſimis inquinauit, donec Quartilla ballenatiã tenens virgam, altéque ſuccin-

ctã, iuſſit infœlicibus dari miſſionem.* Vterque noſtrûm religioſiſſimis iurauit verbis, inter nos periturum eſſe tam horrible ſecretum. **. Intrauerũt palæſtritæ quamplures, & nos legitimo perfuſos oleo refecerũt. Vtcũque igitur laſſitudine abiecta, cœnatoria repetimus, & in proximã cellã ducti ſumus: in qua tres lecti ſtrati erãt, & reliquus lautitiarum apparatus ſplẽdidiſſimè expoſitus. Iuſſi ergo diſcubuimꝰ, & guſtatione mirifica initiati, vino etiã falerno inundamur. excepti etiã pluribus ferculis quum laberemur in ſomnũ, Ita ne eſt? inquit Quartilla, etiam dormire vobis in mente eſt, cum ſciatis Priapi genio peruigilium deberi? *Quartilla.* Quũ Aſcyltos grauatus tot malis in ſomnũ laberetur, illa, quæ iniuria depulſa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit, & non ſentientis labra humeróſque ſopitis titionibus pinxit. *Encolp.* Iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti guſtum hauſeram ſomni: idẽ & tota intra foríſque familia fecerat: atq; alii circa pedes diſcumbentium ſparſi iacebãt, alij parieti bus appliciti, quidam in ipſo limine coniunctis marcebant capitibus: lucernæ quoq; humore defectæ, tenue & extremũ lumen ſpargebant, cũ duo Syri expilaturi lagenã, triclinium intrauerũt: dúmque inter argentum auidiùs rixantur, diductam fregerũt lagenam. cecidit etiã menſa cum argento, & ancillæ ſuper torum marcẽtis excuſſum fortè altiùs poculũ, caput fregit. ad quẽ ictum exclamauit illa, pariterq; &

Digitized by Google

ſures prodidit, & partem ebriorum excitauit. Syri illi qui venerant ad prædam, poſtquam ſe prehenſos intellexerunt, pariter ſecundum lectum conciderũt, vt putares huc conueniſſe, & ſtertere tanquam olim dormientes cœperunt. Iam & Tricliniarches experrectus, lucernis occidẽtibus oleũ infuderat, & pueri deterſis pauliſper oculis redierant ad miniſterium, quum intrans cymbaliſtria & concrepans æra, omnes excitauit. Refectum igitur eſt conuiuium, & rurſus Quartilla ad bibẽdum reuocauit, adiuuit hilaritatem comeſſantis ſymbaliſtria. * * Intra cinædus homo omnium inſulſiſſimus, & plane illa domo dignus, qui vt infractis manibus cõgemuit, eiuſmodi carmina effudit:

Huc huc conuenite nunc ſpatalocinædi.
Pede tendite, curſum addite, conuolate planta,
Femore facili, clune agili, & manu procaces,
Molles, veteres, deliaci manu reciſi.

Conſumptis verſibus ſuis, immundiſſimo me baſio conſpuit: mox & ſuper lectũ venit, atque omni vi detexit recuſantẽ. Super inguina mea diu multúmque fruſtra moluit. Perfluebant per frontem ſudãtis acaciæ riui, & inter rugas malarum tantũ erat cretæ, vt putares detectum parietem nimbo laborare. Non tenui ego diutius lacrymas: ſed ad vltimam perductus triſtitiam, Quæſo, inquã, domina certè Embaſicœtã Quart. iuſſeras dari. Comploſit illa teneriùs manus, & O, inquit, hominem acutum atque vrbanitatis verniculæ frontẽ! Quid? tu nõ intellexeras cinædum embaſicœtam vo-

cari? Deinde ne contubernali meo non melius ſuccederet, Per fidem, inquã, veſtrã Aſcyltos in hoc triclinio ſolus ferias agit? Ita? inquit Quartilla, & Aſcylto Embaſicœtas detur. Ab hoc voce equũ cinædus mutauit, tranſitúque ad comitẽ meum facto, clunibus eum baſiiſque diſtriuit. Stabat inter hæc Giton, & riſu diſſoluebat ilia ſua. Itaque conſpicata eum Quartilla, cuius eſſet puer diligẽtiſſima ſciſcitatione quæſiuit. Quum ego fratrẽ meum eſſe dixiſſem, Quare ergo, inquit, me nõ baſiauit? vocatúmque ad ſe in oſculum applicuit: mox manum etiã demiſit in ſinũ, & pertrectato vaſculo tam rudi, Hoc, inquit, belle cras in promulſide libidinis noſtræ militabit, hodie enim poſt aſellũ, diaria non ſumo. Cũ hoc diceret, ad aurẽ eius Pſyche ridens acceſſit: & cum dixiſſet neſcio quid, Ita, ita, inquit Quartilla, bene admonuiſti: cur nõ? quia belliſſima occaſio eſt, deuirginetur Pãnychis noſtra. Continuóq. producta eſt puella ſatis bella, & quæ non plus quàm ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa quæ primũ cum Quartilla in cellã venerat noſtrã. Plaudentibus ergo vniuerſis, & poſtulãtibus, nuptias fecerũt. Obſtupui ego, & nec Giton verecundiſſimum puerũ ſufficere huic petulantiæ affirmaui, nec puellam eius ætatis eſſe, vt mulieribus patiẽtiæ legẽ poſſet accipere. Ita? inquit Quartilla, minor eſt iſta quàm ego fui, cùm primum virum paſſa ſum? Iunonẽ meam iratam habeam, ſi vnquã me meminerim virginem fuiſſe. Nam & infans cũ paribus inquinata

ſum, & ſubinde prodeũtibus annis, maioribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatẽ perueni. Hinc etiã puto prouerbium natũ illud, vt dicatur, Poſſe taurum tollere quæ vitulum ſuſtulerit. Igitur ne maiorẽ *Encolp.* iniuriam in ſecreto frater acciperet, cõſurrexi ad officiũ nuptiale. Iam Pſyche puellæ caput inuoluerat flammeo; iam Embaſicœtas præferebat facẽ: iam ebriæ mulieres longũ agmen plaudentes fecerãt, thalamumque inceſta exornauerãt veſte. Tũ Quartilla iocantium quoque libidine accenſa, & ipſa ſurrexit, correptúmque Gitona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnauerat puer, ac ne puella quidẽ triſtis expauerat nuptiarum nomen Itaque, quum incluſi iacerent, conſedimus ante limen thalami, & inprimis Quartilla per rimam improbe diductam applicuerat oculum curioſum, luſúmque puerilẽ libidinoſa ſpeculabatur diligentia. Me quoque ad idẽ ſpectaculum lenta manu traxit: & quia conſiderantiũ hæſerant vultus, quicquid à ſpectaculo vacabat, commouebat valgiter labra, & me tamquam furtiuis ſubinde oſculis verberabat. *

Abiecti in lectis ſine metu reliquam exegimus noctem. * * *

Videmus ſenẽ caluum tunica veſtitũ ruſſea, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tã pueri nos, quamquam erat operæpretium, ad ſpectaculum duxerant, quàm ipſe paterfamiliæ, qui ſoleatꝰ pila ſparſiua exercebatur; nec eam amplius repetebat quæ terram cõtigerat, ſed follem plenum

habebat ſeruus, ſufficiebátque ludentibus. Notauimus etiã res nouas. Nam duo ſpadones in diuerſa parte circuli ſtabãt, quorum alter matellam tenebát argẽteam, alter numerabat pilas, non quidem eas, quæ inter manus luſu expellente vibrabant, ſed eas quæ in terrã decidebant. Cùm has miraremur lautitias, Trimalcio lautiſſimus homo digitos concrepuit: ad quod ſignum matellã ſpado ludẽti ſuppoſuit. Exonerata illa veſica, aquã popoſcit ad manus, digitóſque paululũ aſperſos, in capite pueri terſit. Longũ erat ſingula excipere. Itaque intrauimus balneum, & ſudore calefacti momento temporis ad frigidam eximus. Iam Trimalcio vnguento perfuſus tergebatur, nõ linteis, ſed palliis ex molliſſima lana factis. Tres interim iatraſiptæ in conſpectu eius falernũ bibebãt. Hinc, inuolut⁹ coccina gauſapa, lecticæ impotus eſt præcedentibus faleratis curſoribus IIII & chiramaxio, in quo deliciæ eius ferebantur, puer vetulus lippus, domino Trimalcione deformior. Quũ ergo afferretur, ad caput eius cum minimis ſymphoniacis tibiis acceſſit, & tamquã in aurem aliquid ſecreto diceret, toto itinere cãtauit. Sequimur nos iã admiratione ſaturi, & cũ Agamemnone ad ianuam peruenimus. In aditu ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinct⁹ cingulo, atque in lãce argentea piſum purgabat. Super limen autem cauea pendebat aurea, in qua pica variò intrantes ſalutabat. Cæterùm ego dum omnia ſtupeo, penè reſupinatus crura mea fregi. Ad

ſiniſtram enim intrantibus non longè ab oſtiarii cella, canis ingẽs catena vinctus, in pariete erat pictus, ſuperq. quadrata litera ſcriptum, CAVE, CAVE CANEM. Et collegæ quidem mei riſerunt. Ego autem collecto ſpiritu, non deſtiti totum parietem perſequi. Erat autem venalitiũ titulis pictum, & ipſe Trimalcio capillatus caduceum tenebat, Mineruáque ducẽte tenia intrabat. Hinc quemadmodũ ratiocinari didiciſſet, dein diſpẽſator factus eſſet, omnia diligẽter curioſus pictor cum inſcriptione reddiderat. In deficiente uerò iam porticu leuatũ mento in tribunal excelſum Mercurius rapiebat. Præſtò erat Fortuna cornu abundãti copioſa, & res Parcæ aurea penſa torquentes. Notaui etiam in porticu gregem curſorũ cum magiſtro ſe exercẽtem. Præterea grãde armarium in angulo vidi, in cuiuſuis ædicula erant Lares argentei poſiti, veneríſque ſignum marmoreum, & pixis aurea nõ puſilla, in qua barbã ipſius conditam eſſe dicebant. Interrogare ego atrienſẽ cœpi, quas in medica picturas haberent. Illiada, & Odyſſeã, inquit. Iam ad triclinium veneramus: in cujus parte prima procurator rationes accibiebat: &, quod præcipuè miratus sũ, in poſtibus triclinii faſces erant cũ ſecuribus fixi, quorũ imam partem quaſi embolũ nauis æneum finiebat, in quo erat ſcriptum, G. POMPEO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AVGVSTALI CINNAMVS. DISPENSATOR. Sub eodem titulo, etiam lucerna bilychnis de camera pendebat; & duæ tubulæ in vtroque

poſte defixæ, quarum altera, ſi bene memini, hoc habebat inſcriptum.

III. ET PRIDIE KAL. IAN.
G. NOSTER FORAS COENAT.

altera Lunæ curſum ſtellarũque VII. imagines pictas, & qui dies boni, quique incõmodi eſſent diſtinguente bulla notabãtur. Cæterùm vt mouimus dextros greſſus, ſeruus nobis diſpoliatꝰ procubuit ante pedes, & rogare cœpit vt ſe pœnæ eriperemus: nec magnum eſſe peccatum ſuum, propter quod periclitaretur. Subducta enim veſtimenta ſibi diſpẽſatoris in balneo, quæ vix fuiſſent X. H. S. Retulimus ergo dextros pedes, diſpenſatorẽque in prætorio aureos numerantẽ deprecati ſumus ſeruo remitteret pœnam. Superbus ille ſuſtulit vultũ, &, Non tam iactura me mouet, inquit, quã neglegentia nequiſſimi ſerui. Veſtimenta cubitoria perdidit, quæ mihi natali meo donauerat cliens quidã, Tyria ſine dubio, ſed iã ſemel lota, quidquid ergo eſt, dono vobis. Obligati tã grandi beneficio cùm intraſſemus tricliniũ, occurrit nobis ille idem ſeruus pro quo rogaueramus, & ſpiſſiſſima baſia ſtupẽtibus impegit, gratias agens humanitati noſtræ. Ad ſummã, ſtatim ſcietis, ait, cui dederitis beneficium. Vinum dominicũ miniſtratoris gratia eſt. Tandem ergo diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquã in manus niuatam infundentibus, aliisque inſequentibus ad pedes, ac paronychia cũ ingenti ſubtilitate tollẽtibus. Ac ne in hoc quidem tam moleſto tacebant officio, ſed obiter cãtabãt. Ego experiri volui, an tota

Digitized by Google

familia cãtaret. Itaq; potionẽ popoſci: paratiſſimus puer, nõ minus me accido cantico excepit: & quiſquis aliquid rogatus erat, vt daret. pantomimorũ non patrisfamiliæ tricliniũ crederes. Allata eſt tum guſtatio valde lauta. Nam iam omnes diſcubuerant præter ipſum Trimalcionẽ, cui locus nouo more primus ſeruabatur. Cæterũ in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat oliuas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebãt aſellũ duæ lances, in quarũ marginibus nomen Trimalcionis inſcriptũ erat, & argẽti pondus. Ponticuli etiam ferruminati ſuſtinebant glires melle & papauere ſparſos: fuerunt & tomacula ſupra craticulam feruentia argenteam poſita: infra craticulam, Syriaca pruna cum granis punici mali. In his eramus lautitiis, quum ipſe Trimalcio ad ſymphoniam allatus eſt, poſitúſque in ceruicalia minutiſſima expreſſit imprudẽtibus riſum. Pallio enim coccino adraſum incluſerat caput, circáque oneratas veſte ceruices laticlauiã immiſerat mappã, fimbriis hinc atque illinc pẽdentibus: habebat etiam in minimo digito ſiniſtræ manus annulũ grandem ſubauratũ, extremo verò articulo digiti ſequentis minorẽ, vt mihi videbatur, totum aureum, ſed planè ferreis velut ſtellis ferruminatum. Et ne has tantùm oſtenderet diuitias, dextrum nudauit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina ſplendente connexum. Vt deinde ſpina argẽtea dẽtes perfodit, Amici, inquit, nõdum mihi ſuaue erat in tricli-

ũ venire, ſed ne abſentiuus eſſem, omnẽ
ɔluptatẽ mihi negaui. Permittitis tamen
ıiri luſũ. Sequebatur puer cũ tabula te-
bintina & cryſtallinis teſſeris: notauique *Encolp.*
m omnium delicatiſſimam. Pro calculis
ıim albis, aut nigris, aureos, argẽteósque
ıbebat denarios. Interim dũ ille omniũ *
ſtorũ inter luſum conſumit, guſtantibus
lhuc nobis repoſitorium allatum eſt cũ
ɔrbe, in qua gallina erat lignea patẽtibus
orbẽ alis, quales eſſe ſolent quæ incum-
ınt oua. Acceſſêre continuò duo ſerui, &
mphoniâ ſtrepente ſcrutari paleã cœpe-
ınt, erutáque ſubinde pauonina oua diui-
re conuiuis. Conuertit ad hanc ſcenam
ıltum Trimalcio: &, Amici, ait, pauonis *Trim.*
ıa gallinæ iuſſi ſupponi. Et me hercules
meo ne iã concepta ſint : temtemus ta-
en ſi adhuc ſorbilia ſunt. Accipimus nos *Encolp.*
ɔchlearia, nõ minùs ſex libras pẽdentia,
ıáque ex farina pingui figurata pertun-
mus. Ego quidem penè proieci partem
eam: nam videbatur mihi iam in pullũ
ɔiſſe. Deinde vt audiui veterẽ conuiuam,
ic neſcio quid boni debet eſſe, perſecu-
s putamen manu, pinguiſſimã ficedulam
ueni piperato vitellio piperatam. Iam
rimalcio eadem omnia luſu intermiſſo
ɔpoſcerat, feceratque poteſtatẽ clara vo-
, ſi quis noſtrũ iterum vellet, mulſum ſu-
eret: quum ſubitò ſignũ ſymphoniâ da-
r, & guſtatoria pariter à choro cantante
piuntur. Cæterùm inter tumultum, cùm
rtè paropſis excidiſſet, & puer iacentem
ſtuliſſet, animaduertit Trimalcio, cola-

phiſque obiurgare puerũ ac proiicere rurſus paropſidem iuſſit. Inſecutuſque eſt ſupellecticarius, argentúmque inter reliqua *Trim.* purgaméta ſcopis cœpit verrere. Laudatus propter elegantias dominus, Equũ, inquit, Mars amat: itaq. iuſſit ſenex ſuam cuique menſam aſſignari,* minorẽ nobis æſtũ ſua frequentia faciet; obediunt ei paratiſſimi *Encol.* ſerui.* Statim allatæ sũt amphoræ vitreæ diligenter gipſatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo. FALERNVM. OPIMIANVM. ANNORVM. CENTVM. Dum titulos perlegimus, comploſit *Trim.* Trimalcio manus, &, Eu, inquit ergo diutius viuit! verum eſſe Opimianum præſto: heri non tam bonum poſui, & multò *Encolp.* honeſtiores cœnabant. Potãtibus ergo, & accuratiſſimas nobis lautitias mirantibus, laruã argenteam attulit ſeruus ſic aptam, vt articuli eius, vertebræque locatæ in omnem partẽ flecterentur. Hanc quum ſuper menſam ſemel iterúmque abieciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adiecit:

Trim. *Heu, heu nos miſeros, quã totꝰ homũcio nil eſt!*
Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet orcus.
Ergo viuamus, dum licet eſſe bene.

Laudationem ferculum inſecutũ eſt, planè *Encolp.* non pro exſpectatione magnum Nouitas tamen omniũ conuertit oculos. Repoſitorium enim rotundum, duodecim habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſupérque propriũ cõuenientémque materiæ ſtructor impoſuerat cibũ: ſuper arietem, cicer arietinum: ſuper taurũ, bubulæ fruſtum: ſuper geminos,

nos,

nos, teſticulos, ac renes: ſuper cancrum, coronam: ſuper leonem, ficum Africanam: ſuper virgilem, ſtericulam: ſuper libram, ſtaterã, in cuius altera parte ſtriblita erat, in altera placenta: ſuper ſcorpium *, ſuper ſagittarium, odopetam: ſuper capricornum, locuſtam marinã: ſuper aquarium, anſerem: ſuper piſces, duos mulos. In medio autẽ ceſpes cum herbis exciſus fauum ſuſtinebat. Circumferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem de laſerpiciario milio, atque ipſe etiã teterrima voce canticum extorquet. Nos vt triſtiores ad tam viles acceſſimus cibos, Suadeo, inquit Tri- *Trim.* molcio, cœnemus: hoc eſt ius cœnæ. Hæc vt dixit ad ſymphoniam IIII. tripudiantes procurrerunt, ſuperiorémque partem re- *Encolp.* poſitorii abſtulerunt, quo facto videmus infrà, ſcilicet in altero ferculo, altilia & ſumina, leporémque in medio pinnis ſubornatum, vt pegaſus videretur. Notauimus etiã circa angulos repoſitorii Marſyas IIII. ex quorum vtriculis garum piperatũ currebat ſuper piſces qui in euripo natabant. Damus omnes plauſum à familia cœptum, & res electiſſimas ridentes adgredimur. Non minùs & Trimalcio lætus, eiuſ- *Trim.* modi methodio, Carpe, inquit. Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalcio lentiſſima voce, Carpe. *Encolp.* Ego ſuſpicatus ad aliquam vrbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui ſupra me accum-

bebat, hoc ipſum interrogare. at ille, qui ſæpius eiuſmodi ludos ſpectauerat, Vides inquit, illum qui obſonium carpit? Carpus vocatur. itaque quotieſcumque dicit, Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat. Non potui amplius quicquam guſtare. ſed conuerſus ad eum vt plurima exciperem, longè arceſſere fabulas cæpi, ſciſcitarique quæ eſſet illa mulier, quæ huc atque illuc diſcurreret. Vxor, inquit, Trimalcionis, Fortuna appellatur, quæ numos modio metitur. Et modò quid fuit? Ignoſcet mihi Genius tuus: noluiſſes de manu eius panem accipere. Nunc nec quid, nec quare, in cœlum abiit, & Trimalcionis topanta eſt. ad ſummam, mero meridie ſi dixerit illi tenebras eſſe credet. Comprobamus factum, varióque ſermone garrimus, & poëtarum cœpit eſſe mentio, diúque ſumma carminis penes Mopsũ Thracem morata eſt: donec Trimalcio, Rogo, inquit, Magiſter, quid putes inter Ciceronem, & Publium intereſſe. Ego alterum puto diſertorem fuiſſe, alterum honeſtiorem. Quid enim his melius dici poteſt?

Trim.

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia,
Tuo palatio cluſus pauo paſcitur.
Plumato amictus aureo Babylonico:
Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpado:
Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Auis exul hyemis, pipulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit tuo.
Quo margarita chara tibi, bacca Indica?

Digitized by Google

ſn vt matrona ontrata, faleris pelagiis
'ollat pedes indomita in ſtrato extraneo?
maragdum ad quam rem viridem, pretio-
ſum vitrum?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos,
Niſi vt ſcintillent? probitas eſt carbunculos.
Equum eſt induere nuptam ventũ textilem?
'alàm proſtrare nudam nebula linea?

* * *

Neque fax vlla præſidio erat, quæ iter a- *Encolp.*
ériret errantibus, nec ſilẽntiũ noctis iam
nediæ promittebat occurrentium lumen.
Accedebat huc ebrietas & imprudentia
ocorum, etiam interdiu obſcura. Itaque
um hora pene tota per omnes ſcrupos
grumorúmque eminentium fragmẽta tra-
iſſemus cruentos pedes, tandem expliciti
acumine Gitonis ſumus. Prudẽs enim pri-
die, quum luce etiam clara timeret erro-
rem, omnes pilas columnáſque notauerat,
certâque liniamẽta euicerunt ſpiſſiſſimam
noctem, & notabili candore oſtenderunt
errantibus viam. Quamuis non minus ſu-
doris habuimus etiam, poſtquam ad ſta-
bulum peruenimus. Anus enim ipſa inter
deuerſitores diutiùs ingurgitata, ne ignem
quidem admotum ſenſiſſet: & forſitan
pernoctaſſemus in limine, ni tabellarius
Trimalcionis interueniſſet x. vehiculis
diues. Non diu ergo tumultuatus ſtabuli
ianuam effregit, & nos per eandem in-
tro admiſit. * *

Qualis nox fuit illa dii deæque,
Quàm mollis torus! hæſimus calentes,
Et transfudimus hinc & hinc labellis

Digitized by Google

Errantes animas. valete curæ:
Mortalis ego ſic perire cœpi.

Sine cauſſa gratulor mihi. Nam quum ſolutus mero omiſiſſem ebrias manus, Aſcyltos omnis iniuriæ inuentor ſubduxit mihi nocte puerum, & in lectũ tranſtulit ſuum, volutatúſque liberiùs cum fratre non ſuo, ſiue non ſenſiente iniuriam, ſiue diſſimulante, indormiuit alienis amplexibus oblitus iniuris humani. Itaque ego vt experrectus pertrectaui gaudio diſpoliatum torum, ſi qua eſt amantibus fides, dubitaui, an vtrumque traiicerem gladio, ſomnúmque morti iungerem. Tutius demum ſecutus conſilium, Gitona quidem verberibus excitaui: Aſcylton autem truci intuens vultu; Quoniam, inquam, fidem ſcelere violaſti, & communem amicitiam, res tuas ocyùs tolle, & alium locum quem polluas, quære. Non repugnauit ille, ſed poſtquam *Aſcyltos* optima fide partiti manubias ſumus: Age, *Encolp.* inquit, nunc & puerum diuidamus. Iocari putabam diſcedentem, at ille gaudiũ par- *Aſcyltos* ricidali manu ſtrinxit, &, Non fueris, inquit, hac præda, ſuper quam ſolus incumbis. Partem meam neceſſe eſt vel hoc gla- *Encolp.* dio contentus abſcindam. Idem ego ex altera parte feci, & intorto circa brachium pallio compoſui ad præliandum gradum. Inter hanc miſerorum dementiam infœliciſſimus puer tangebat vtriuſque genua cum fletu, petebátque ſuppliciter, ne Thebanũ par humilis taberna ſpectaret, neve ſanguine mutuo pollueremus familiaritatis cariſſimæ ſacra. Quòd ſi vtique, pro-

Digitized by Google

clamabat, facinore opus eſt, nudo ecce iugulum, conuertite hæc manus, imprimite mucrones: ego mori debeo, qui amicitiæ ſacramentum deleui. Inhibuimus ferrum poſt has preces: & prior Aſcyltos, Ego, inquit, finem diſcordiæ imponam. Puer ipſe quem vult, ſequatur, vt ſit illi ſaltem in eligendo fratre ſalua libertas. *Aſcylt.* Ego vetuſtiſſimam conſuetudinem putabam in ſanguinis pignus tranſiſſe, nihil timui, immò conditionem præcipiti feſtinatione rapui, commiſique iudici litem, qui ne deliberauit quidem, vt videretur cunctatus, verùm ſtatim ab extrema parte verbi conſurrexit, fratrem Aſcylton elegit. *Encolp.* Fulminatus hac pronunciatione, ſicut eram ſine gladio, in lectulum decidi, & attuliſſem mihi damnatas manus, ſi non inimici victoriæ inuidiſſem. Egreditur ſuſuperbus cum præmio Aſcyltos, & paulò ante cariſſimum ſibi commilitonem, fortunæque etiam ſimilitudine parem in loco peregrino deſtituit abiectum.

Nomen amicitiæ, ſi quatenus expedit, hæret,
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Quum fortuna manet, vultũ ſeruatis amici,
Quum cecidit, turpi vertitis ora fuga.
Grex agit in ſcena mimum, Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen Diuitis ille tenet:
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, aſſimilata perit.

Nec diu tamen lacrymis indulſi, ſed veritus ne Menelaus etiam anteſcholanus inter cætera mala ſolum me in deuerſorio inueniret, collegi ſarcinulas, locúmque

ſecretum & proximũ littori mœſtus conduxi. Ibi triduo incluſus redeunte in animum ſolitudine atque contemptu, verberabam ægrum planctibus pectus, & inter tot altiſſimos gemitus frequenter etiã proclamabam: Ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? aufugi iudicium, harenæ impoſui, hoſpitem occidi, vt inter audaciæ nomina mendicus, exſul, in deuerſorio Græcæ vrbis iacerẽ deſertus. Et quis hanc mihi ſolitudinem impoſuit? Aduleſcens omni libidine impurus, & ſua quoq. confeſſione dignus exſilio: ſtupro liber, ſtupro ingenuus, cuius anni ad teſſerã venerunt, quem tãquam puellã conduxit etiam qui virũ putauit. Quid ille alter, proh dii! qui tamquam togæ virilis ſtolam ſumpſit, qui ne vir eſſet à matre perſuaſus eſt; qui opus muliebre in ergaſtulo fecit, qui poſtquam conturbauit, & libidinis ſuæ ſolum vertit, reliquit veteris amicitiæ nomen, & pro pudor! tãquã mulier ſecutuleia vnius noctis tactu omnia vendidit. Iacent nunc amatores obligati noctibus totis, & forſitã mutuis libidinibus attriti derident ſolitudinẽ meam. ſed non impunè. nam aut vir ègo liberque nõ ſum, aut noxio ſanguine parentabo iniuriæ meæ. Hæc locutus, gladio latus cingor, &, ne infirmitas militiam perderet, largioribus cibis excito vires, mox in publicũ proſilio, furentiſq. more, omnes circũeo porticus. Sed cùm attonito vultu efferatóque nil aliud quàm cædẽ & ſanguinem cogito, frequẽtiuſque manum

ad capulũ, quem deuouerã, refero, notauit me miles, ſiue ille planus fuit, ſiue nocturnus graſſator: &, Quid tu, inquit, commilito, ex qua legione es, aut cuius centuriæ? Cum conſtantiſſimè & cẽturionem, & legionem eſſem ementitus: Age ergo, inquit ille, in exercitu veſtro phæcaſiati milites ambulant? Cùm deinde vultu atque ipſa trepidatione mẽdaciũ prodiiſſem, ponere iuſſit arma, & malo cauere. Deſpoliatus ergo immò præciſa vltione, recto ad deuerſorium tẽdo, paulatimq. temeritate laſſata cœpi graſſatoris audaciæ gratias agere.

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit,
Tantalus infelix quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit: omnia cernens
Quæ timet, & ſicco concoquit ore famem.

* *

Nequaquam rectè faciet, qui citò credit. *

Nemo cælum putat, nemo iuſiurandum ſeruat, nemo Iouem pluris facit: ſed omnes opertis oculis bona ſua computant. *

Quod hodie non eſt, cras erit: ſic vita truditur. *

Quod non exſpectas, ex tranſuerſo fit, & ſuper nos Fortuna negotium curat. *

Apes ideo pungunt, quia vbicumque dulce eſt, ibi & acidum inuenies. * *

Semper hac in re qui vincitur, vincit. *

Nemo noſtrum non peccat, homines ſumus, non Dii. *

Non multũ oportet conſilio credere, quia ſuam habet fortuna rationem. * * *

In pinacothecã perueni vario genere ta-

bularum mirabilem nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis iniuria victas, & Protogenis rudimenta cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractaui. Iam verò Apellis, quam Græci monocromon appellãt, etiam adoraui. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudinem præciſæ, vt crederes etiam animorum eſſe picturam. Hinc aquila ferebat cælo ſublimis Deum. Illinc candidus Hylas repellebat improbã Naiada. Damnabat Apollo noxias manus, lyramque reſolutam modo nato flore honorabat. Inter quos etiam pictorum amantium vultus, tamquam in ſolitudine exclamaui, Ergo amor etiã Deos tangit? Iuppiter in cælo ſuo non inuenit quod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen iniuriam fecit. Hylám Nympha prædata, imperaſſet amori ſuo, ſi venturum ad interdictum Herculem credidiſſet. Apollo pueri vmbram reuocauit in florem, & omnes fabulæ quoque habuerunt ſine æmulo complexus. At ego in ſocietatem recepi hoſpitem Lycurgo crudeliorem. Ecce autem, ego dum cum ventis litigo, intrauit pinacothecam ſenex canus, exercitati vultus, & qui videretur neſcio quid magnum promittere, ſed cultu non proinde ſpecioſus, vt facilé appareret eum ex hac nota literatorum eſſe, quos odiſſe diuites ſolent. Is ergo ad latus conſtitit meum, &, Ego, inquit, Poëta ſum, &, vt ſpero, non humillimi ſpiritus, ſi modò coronis aliquid credendum eſt, quas etiam

Eumolp.

ad imperitos deferre gratia ſolet. Quare ergo, inquio, tam malè veſtitus es? *Encolp.* Propter hoc ipſum. *Eumo.* Amor ingenii neminem vmquam diuitem fecit.

Qui pelago credit, magno ſe fenore tollit.
Qui pugnas & caſtra petit, præcingitur auro,
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro,
Et qui ſollicitat nuptas, ad præmia peccat:
Sola pruinoſis horret facundia pannis:
Atque inopi lingua deſertas inuocat artes.

Non dubio ita eſt, ſi quis vitiorũ omnium inimicus, rerum iter vitæ cœpit inſtitere, primùm propter morum differentiam odium habet. Quis enim poteſt probare diuerſa? Deinde, qui ſolas extruere diuitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quàm quod ipſi tenent. Iactantur itaque, quacumque ratione poſſunt, literarum amatores, vt videantur illi quoque infra pecuniam poſiti.* Neſcio quo modo bonæ mentis ſoror eſt paupertas. *

Encol. Vellem tam innocens eſſet frugalitatis meæ hoſtis, vt deliniri poſſet. Nũc veteranus eſt latro, & ipſis lenonibus doctior. *

Eumo. In Aſiam quum à Quæſtore eſſem ſtipendio eductus, hoſpitium Pergami accepi: vbi cùm libenter habitarem, non ſolùm propter cultum ædicularũ, ſed etiam propter hoſpitis formoſiſſimum filium, excogitaui rationem, qua non eſſem patri familiæ ſuſpectus amator. Quotieſcumque enim in conuiuio de vſu formoſorum mentio facta eſt, tam vehementer excandui, tam ſeuera triſtitia violari aures meas obſcœno ſermone dolui, vt me

Digitized by Google

mater præcipuè, tanquam vnum ex Philoſophis, intueretur. Iam ergo cœperam ephebum in gymnaſium deducere: ego ſtudia eius ordinare, ego docere, ac præcipere, ne quis prædator corporis admitteretur in domum. *

Fortè cùm in triclinio iaceremus, quia dies ſolemnis ludum artauerat, pigritiámque recedendi impoſuerat hilaritas longior, ferè circa mediam noctem intellexi puerum vigilare, Itaque timidiſſimo murmure votum feci, &, Domina, inquam, Venus, ſi ego hunc puerum baſiauero, ita vt ille non ſentiat, cras illi par columbarum donabo. Audito voluptatis precio, puer ſtertere cœpit. Itaq. aduerſus ſimulantem aliquot baſiolis inuaſi. Contentus hoc principio, bene manè ſurrexi, electúmque par colũbarum attuli exſpectanti, ac me voto exſolui. Proxima nocte, cum idem liceret, mutaui optionem: & Si hunc, inquam, tractauero improba manu, & ille non ſenſerit, gallos gallinaceos pugnaciſſimos duos donabo patienti. Ad hoc votum ephebus vltrò ſe admonuit, &, puto, vereri cœpit ne ego obdormiſſem. Indulſi ego ſollicito, totóque corpore citra ſummam voluptatem me ingurgitaui. Deinde, vt dies venit, attuli gaudenti quicquid promiſeram. Vt tertia nox licentiam dedit, cõſurrexi ad aurem malè dormientis: Dii, inquã, immortales, ſi ego huic dormienti abſtulero coitum plenum & optabilem, pro hac felicitate cras puero

aſturconem Macedonicum optimum donabo, cum hac tamen exceptione, ſi ille non ſenſerit. Numquam altiore ſomno ephebus obdormiuit. Itaque primum impleui lactentibus papillis manus, mox baſio inhæſi, deinde in vnum omnia coniunxi. Manè ſedere in cubiculo cœpit, atque exſpectare conſuetudinem meam. Scis quanto faciliùs ſit, columbas gallóſq. gallinaceos emere, quàm aſturconem: & præter hoc etiam timebam ne tam grande munus ſuſpectã faceret humanitatẽ meã. Ergo aliquot horis ſpatiatus, in hoſpitium reuerti, nihilque aliud quàm puerum baſiaui. At ille circumſpiciens, vt ceruicem meam iunxit amplexui, Rogo, inquit, domine, vbi eſt aſturco? Cùm ob hanc offenſam præcluſiſſem mihi aditum quem feceram iterum ad licentiam redii. Interpoſitis enim paucis diebus, cùm ſimilis nos caſus in eandem fortunam retuliſſet, vt intellexi ſtertere patrem, rogare cœpi ephebum, vt reuerteretur in gratiam mecum, id eſt, vt pateretur ſatisfieri ſibi, & cætera quæ libido diſtenta dictat. At ille planè iratus, nihil aliud dicebat, niſi hoc, Aut dormi, aut ego iam dicam patri. Nihil eſt tam arduum, quod non improbitas extorqueat. Dum dicit, Patrem excitabo, irrepſi tamen & male repugnanti gaudium extorſi. At ille non indelectatus nequitia mea, poſtquã diu queſtus eſt deceptum ſe & deriſum, traductúmque inter condiſcipulos, quibus iactaſſet cenſum meum, Videris tamen, inquit, non ero

tui ſimilis. Si quid vis, fac iterum. Ego verò, depoſita omni offenſa, cum puero in gratiam redii, vſúſque beneficio eius in ſomnum delapſus ſum. Sed non fuit contentus iteratione ephebus plenæ maturitatis, & annis ad patiendum geſtientibus. Itaque excitauit me ſopitum; Et, Nunquid uis? inquit. Et non planè iam moleſtum erat munus. Vt cumque igitur inter anhelitus ſudoréſque tritus, quod voluerat, accepit. rurſúſque in ſomnum decidi gaudio laſſus. Interpoſita minùs hora, pungere me manu cœpit, & dicere, Quare non facimus? Tum ego totiens excitatus, planè vehementer excandui, & reddidi illi voces ſuas: aut dormi, aut ego iam patri dicam. * Erectus his ſermonibus, conſulere *Encolp.* prudentiores cœpi ætates tabularum, & quædam argumenta mihi obſcura, ſimúlque cauſſam præſidiæ præſentis excutere, cur pulcherrimæ artes periiſſent inter quas pictura ne minimum quidem ſui veſtigium reliquiſſet. Tum ille, Pecuniæ, in- *Eumolp.* quit, cupiditas hæc tropica inſtituit. Priſcis enim temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ ſummúmque certamē inter homines erat, ne quid profuturum ſæculis diu lateret. Itaque, hercules, omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit: & ne lapidum virgulorúmque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit. Eudoxus quidē in cacumine excelſiſſimi montis cōſenuit, vt aſtrorum cælique motus deprehēderet: & Chryſippus, vt ad inuentionem ſuffice-

Digitized by Google

ret, ter elleboro animum deterſit. Verùm, vt ad plaſtas conuertar, Lyſippum ſtatuæ vnius lineamentis inhærentem inopia exſtinxit & Myron, qui penè hominum animas, ferarúmque aëre cõprehẽderat, non inuenit heredem. At nos vino ſcortisque demerſi, ne paratas quidem artes audemus cognoſcere, ſed accuſatores antiquitatis, vitia tantùm docemus, & diſcimus. Vbi eſt dialectica? vbi aſtronomia? vbi ſapientiæ conſultiſſima via, quis vmquam venit in templum, & votum fecit, ſi ad eloquentiam perueniſſet? quis, ſi philoſophiæ fontem inueniſſet? ac ne bonã quidem mentem, aut bonam valitudinem petunt: ſed ſtatim, antequam limen Capitolii tangant, alius domum promittit, ſi propinquum diuitem extulerit: alius, ſi theſaurum effoderit: alius, ſi ad trecenties H-S. ſaluus peruenerit. Ipſe Senatus, recti bonique præceptor, mille pondo auri Capitolino promittere ſolet: & ne quis dubitet pecuniam concupiſcere, Ioue quoque peculio exorat. Nolito ergo mirari, ſi pictura defecit, quum omnibus Diis hominibúſque formoſior videatur maſſa auri, quam quicquid Apelles Phidiáſue Græculi delirantes, fecerunt.

Non ſatis eſt quod nos mergis furioſa iuuentus,
Tranſuerſoſque rapit fama ſepulta probris?
Anne etiam famuli cognata face ſepulti,
In teſta merſas luxuriantur opes?
Viles ſeruus habet regni bona, cellaque capti,
Deridet feſtram Romuleamque caſam:
Idcirco virtus medio iacet obruta cæno,

Nequitiæ claſſes candida vela ferunt.

Sed video totum te in illa hærere tabula, quæ Troiæ haloſin oſtendit: itaque conabor opus verſibus pandere.

Iam decuma mœſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meſſis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
Quum, Delio profante, cæſi vertices
Idæ trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum,
Aperitur ingens clauſtrum, & obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. Huc decenni prælio
Irata virtus abditur. ſtipant graues
Equi receſſus Danai, *& in voto latent.*
O patria! pulſas mille credidimus rates.
Solumque bello liberum: hoc titulus ferro
Inciſus, hoc ad fata compoſitus Sinon
Firmabat en mendacium in damnum potens.
Iam turba portis libera, ac bello carens
In vota properant: fletibus manant genæ,
Mentiſque pauidæ gaudium lacrymas habet,
Quas metus abigit. iamque Neptuno *ſacer.*
Crinem ſolutus omne Laucoon replet
Clamore vulgus, mox reducta cuſpide
Vterum notauit: fata ſed tardant manus,
Ictuſque reſilit, & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidā manum,
Altaque bipenni latera pertentat, fremit
Captiua pubes intus, &, dum murmurat.
Roborea moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit,
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra, celſa qua Tenedos mare,
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta,
Vndaque reſultat ſciſſa, tranquillo minor.

Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longè refertur, quum premunt claſſes mare,
Pulſumque marmor abiete impoſita gemit.
Reſpicimus: angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates vt altæ, lateribus ſpumas agunt:
Dant caudæ ſonitum: liberæ pontem iubæ
Conſcendunt luminibus fulmineum iubar
Incendit æquor, ſibiliſque vndæ tremunt.
Stupuere mentes infulis ſtabant ſacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte, quos repentè tergoribus ligant
Angues coruſci. paruulas illi manus
Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri tranſtulit pias vices,
Morsque ipsa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberûm funus parens,
Infirmus auxiliator, inuadunt virum
Iam morte paſti, mēbraque ad terram trahũt.
Iacet ſacerdos inter aras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis ſacris
Peritura Troia perdidit primùm Deos:
Iam plena Phœbe candidũ extulerat iubar,
Minora ducens aſtra radianti face,
Quum inter ſepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra & effundunt viros.
Temtant in armis ſe duces, ceu vti ſolet
Duro remiſſus Theſſali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere ad excuſſum iubas.
Gladios retractant, commouent orbes manu,
Bellumque ſumunt. hic graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos, ab aris alius accendit faces,
Contraque Troas inuocat Troia ſacra.

Ex his qui in porticibus ſpatiabantur, la- *Encolpius.*

lapides in Eumolpum recitantem miſerunt. At ille, qui plauſum ingenii ſui nouerat, operuit caput, extráque templum profugit. Timui ego ne me Poëtam vocarent. Itaque ſubſecutus fugientem ad litus perueni: &, vt primùm extra teli coniectum licuit conſiſtere, Rogo, inquam, quid tibi vis cum iſto morbo? Minus quā duabus horis mecum moraris, & ſæpius poëticè quàm humanè locutus es. Itaque non miror, ſi te populus lapidibus proſequitur. Ego quoque ſinum meum ſaxis onerabo, vt quotieſcumque cœperis à te *Eumolp.* exire, ſanguinem tibi à capite mittā. Mouit ille vultum, &, O mi, inquit, adoleſcens, non hodie primùm auſpicatus ſum: immò quoties theatrum, vt recitem aliquid, intraui, hac me aduentitia excipere frequentia ſolet. Cæterùm, ne & tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab *Encolp.* hoc cibo abſtinebo. Immò, inquam ego, ſi eiuras hodiernam bilem, vnà cœnabimus. * mando ædicularum coſtodi cœnulæ officium. *

Video Gitona cùm linteis & ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem confuſúmque. ſcires non libenter ſeruire. Itaque vt experimentum oculorum caperem, conuertit ille ſolutum gaudio vultum, & Miſerere, inquit, frater: vbi arma non ſunt, liberè loquor. Eripe me latroni cruento, & qualibet ſæuitia pœnitentiam iudicis tui puni. Satis magnum erit miſero ſolatium tua voluntate cecidiſſe. Supprimere ego querelam iubeo, ne quis conſilia depre-

iendéret: relictóque Eumolpo (nam in
ulneo carmen recitabat) per tenebroſum
& ſordidum egreſſum extraho Gitona,
aptimque in hoſpitium meum peruolo.
Præcluſis deinde foribus, inuado amplc-
ibus, & perfuſum os lacrymis vultu meo
ontero. Diu vocem neuter inuenit. Nam
uer etiam ſingultibus crebris amabile pe-
ctus quaſſauerat O facinus, inquam, in-
lignum! quòd amo te quamuis relictus;
& in hoc pectore, quum vulnus ingens
uerit, cicatrix non eſt, Quid dicis pere-
grini amoris conceſſio? Dignus hac iniu-
ia fui? Poſtquam ſe amari ſenſit, ſuperci-
ium altiùs ſuſtulit *, nec amoris arbitrium
ad alium iudicem tuli; ſed nihil iam que-
or, nihil iam memini, ſi bona fide pœni-
entiam emendas. Hæc quum inter ge-
nitus lacrymáſque fudiſſem, deterſit ille
pallio vultum, &, Quæſo, inquit, Encol- *Giton.*
pi, fidem memoriæ tuæ appello. Ego te
eliqui, an tu prodidiſti? Equidem fateor, *Encolp.*
& præ me fero, quum duos armatos vide-
em, ad fortiorem confugi. Exoſculatus
pectus ſapientia plenum, inieci ceruicibus
manus: & vt facilè intelligeret rediiſſe me
in gratiam, optima fide reuiuiſcentē ami-
citiam toto pectore adſtrinxi. Et iam ple-
na nox erat, muliérque cœnæ mandata cu-
auerat, quum Eumolpus oſtium pulſat.
Interrogo ego, Quot eſtis? obitérque
per rimam foris ſpeculari diligentiſſimè
cœpi, num Aſcyltos vnà veniſſet. De-
num, vt ſolum hoſpitem vidi, momento
recipi. Ille vt ſe in grabatum reiecit, vi-

Digitized by Google

ditque Gitona in conſpectu miniſtrantem, mouit caput, &, Laudo, inquit, Ganymedem: oportet hodie bene ſit. *Eumol.* Non delectauit me tam curioſum principium, timuique ne in contubernium recepiſſem Aſcylti partem. *Encolp.* Inſtat Eumolpus, & quum puer illi potionem dediſſet; Malo te, inquit, quàm balneum totũ: ſiccatoque auidè poculo, negat ſibi vmquam acidius fuiſſe: *Eumolp.* Nam & dum lauor, ait, penè vapulaui, quia conatus ſum circa ſolium ſedentibus carmen recitare: & poſtquam de balneo tamquam de theatro eiectus ſum, circuire omnes angulos cœpi, & clara voce Encolpion clamitare. Ex altera parte iuuenis nudus, qui veſtimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona flagitabat Et me quidem pueri, tamquam inſanum, imitatione petulantiſſima deriſerunt: illum autem frequentia ingens circumuenit cum plauſu & admiratione timidiſſima. Habebat enim inguinum pondus tam grande, vt ipſum hominem laciniam faſcini crederes. O iuuenem laborioſum! puto illũ pridie incipere, poſtero die finire. Itaque ſtatim inuenit auxilium. Neſcio quis enim eques Romanus, vt aiebant, infamis, ſua veſte errantem circumdedit, ac domum abduxit: credo, vt tam magna fortuna ſolus vteretur. At ego ne mea quidem veſtimenta ab officio recepiſſem, niſi notorem dediſſem, tantò magis impendit inguina quàm ingenia fricare. *Encolp.* Hæc Eumolpo dicente, mutabam ego frequentiſſimè vultum: iniuriis ſcili-

:t inimici noſtri hilaris, commodis triſtis.
tcumque tamen, tanquam non agnoſce-
:m fabulam, tacui, & cœnæ ordinem ex-
licui. *** Vile eſt quod licet, & animus *Eumolp.*
:ntus iniurias diligit.

Ales Phaſiacis petita Colchis,
Atque Afræ volucris placent palato,
Quòd non ſunt faciles: at albus anſer
Et pictis anas enouata pennis,
Plebeium ſapit: vltimis ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis
Si quid naufragio dedit, probatur.
Mulus iam grauis eſt: amica uincit
Vxorem: roſa cinnamum veretur.
Quicquid quæritur, optimum videtur.

Ioc eſt, inquam, quod promiſeras, ne *Encolp.*
uem hodie verſum faceres. Per fidem,
altem nobis parce, qui te nũquam lapi-
lauimus. Nam ſi aliquis ex his, qui in eo-
lem ſynœcio potant, nomen Poëtæ olfe-
:erit, totam concitabit viciniã, & nos om-
ıes ſub eadem cauſſa obruet. Miſerere, &
ıut pinacothecam, aut balneum cogita.
Sic me loquentem obiurgauit Giton mi-
:iſſimus puer, & negauit rectè facere,
quòd ſeniori conuitiarer, ſimulque obli-
.us officii, menſam, quam humanitate
poſuiſſem, contumelia tollerem, multá-
que alia moderationis, verecundiæque
verba, quæ formam eius egregié dece-
bant. * O felicem, inquit, matrem tuam, *Eumolp.*
quæ te talem peperit! Macte virtute eſto.
Raram facit miſturam cum ſapientia for-
ma. Itaque, ne putes te tot verba perdi-
diſſe, amatorem inueniſti. Ego laudes tuas

carminibus implebo. Ego pædagogus & cuſtos etiam quò non iuſſeris, ſequar: nec iniuriam Encolpius accipit alium amat?

Linque tuas ſedes, alienaque littora quære,
O Iuuenis maior rerum tibi naſcitur ordo.
Ne ſuccumbe malis: te nouerit vltimus Iſter,
Te Boreas gelidus, ſecuraque regna Canopi.
Quique renaſcentem phœbum, cernuntque cadentem,
Maior in externas Ithacus deſcendat arenas.

Encolp. Profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abſtulit gladium, alioquin quem animum aduersùs Aſcylton ſumpſeram, eum in Eumolpi ſanguinem exercuiſſem. Nec fefellit hoc Gitona. Itaque extra cellam proceſſit, tanquam aquam peteret, irámque meam prudenti abſentia extinxit. Paululum ergo intepeſcente ſæuitia, Eumolpe, inquam, iam malo vel carminibus loquaris, quàm eiuſmodi tibi vota proponas, & ego iracundus ſum, & tu libidinoſus. vide quàm non conueniat his moribus Puta igitur me furioſum eſſe: cede inſaniæ, id eſt, ocyus foras exi. Confuſus hac denunciatione Eumolpus, non quæſiuit iracundiæ cauſſam, ſed continuò limen egreſſus, obduxit repentè oſtium cellæ, méque nihil tale expectantem incluſit, exemitque raptim clauem, & ad Gitona inueſtigandum cucurrit. Incluſus ego ſuſpendio vitam finire conſtitui: & iam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondam iunxeram, ceruiceſque nodo condebam, quum reſeratis foribus intrat Eumolpus cum Gitone, meque à fatali iam meta re-

cauit ad lucem Giton præcipuè ex do-
e in rabiem efferatus, tollit clamorem,
: vtraque manu impulſum præcipitat
ɔer lectum. Erras, inquit, Encolpi, ſi pu- Giton.
contingere poſſe vt antè moriaris.
or cœpi, in Aſcylti hoſpitio gladium
æſiui. Ego, ſi te non inueniſſem, peritu-
; per præcipitia fui: & vt ſcias non lon-
eſſe quærentibus mortem, ſpecta inui-
n quod me ſpectare voluiſti. Hæc lo- Encol.
us, mercenario Eumolpi nouaculam
ɔit, & ſemel iterúmque ceruice percuſ-
ante pedes collabitur noſtros. Exclamo
o attonitus, ſecurúſque labentem, eo-
m ferramento ad mortem viam quæro.
d neque Giton vlla erat ſuſpicione vul-
tis læſus, neque ego vllum ſentiebam
lorem. Rudis enim nouacula, & in hoc
uſa, vt pueris diſcentibus audaciam ton-
is daret, inſtruxerat thecam. Ideóque
c mercenarius ad raptum ferramentum
ɔauerat, nec Eumolpus interpellauerat
ɔrtem inimicam. Dum hæc fabula inter
antes luditur, deuerſitor cum parte cœ-
læ interuenit, contemplatúſque fœdiſſi-
m iacentium volutationem. Rogo, in-
t, ebrii eſtis, an fugitiui, an vtrumque?
s autē grabatum illum erexit? aut quid
vult tam furtiua molitio? Vos meher-
es, ne mercedem cellæ daretis, fugere
ɔte in publicum voluiſtis; ſed non im-
ıè. Iam enim faxo ſciatis non viduæ
ıc inſulam eſſe, ſed M. Manicii. Excla-
t Eumolpus, Etiam minaris? ſimúlque Encolp.
ıominis palma excuſſiſſima pulſat. Ille

tot hoſpitum potionibus liber vrceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt, ſoluitque clamantis frontem, & de cella ſe proripuit. Eumolpus cõtumeliæ impatiẽs rapit ligneum candelabrum, ſequitúrque abeuntem, & creberrimis ictibus ſupercilium ſuum vindicat. Fit cõcurſus familiæ, hoſpitúmque ebriorum frequentia. Ego autem nactus occaſionẽ vindictæ, Eumolpum excludo, redditaque ſcordalo vice, ſine æmulo ſcilicet, & cella vtor & nocte. Interim coctores inſulariíque mulcãt excluſum, & alius veru extis ſtridẽtibus plenum in oculos eius intentat: alius, furca de carnario rapta, ſtatum prœliantis cõponit: anus præcipuè lippa ſordidiſſimo linteo præcincta, ſoleis ligneis imparibus impoſita, canem ingentis magnitudinis catena trahit, inſtigátque in Eumolpum. Sed ille candelabro ſe ab omni periculo vindicabat. Videbamus nos omnia per foramen valuæ, quod paulò antè anſa oſtii diſrupta laxauerat, fauebámque vapulanti. Gyton autem non oblitus miſericordiæ ſuæ, reſerandum oſtium, ſuccurrendúmque periclitanti cenſebat. Ego, durante adhuc iracundia non continui manũ, ſed caput miſerantis ſtricto acutóque articulo percuſſi. & ille flens quidem conſedit in lectũ ego autem alternos opponebã foramini oculos, iniuriámque Eumolpo aduocationémque commodabam: & veluti quodam cibo me replebam: quum procurator inſulæ Bargates à cœna excitatus, à duobus lecticariis in mediam rixam perfertur: nam

at etiã pedibus æger. Is, vt rabioſa bar- ráque voce in ebrios fugitiuóſque diu rorauit, reſpiciens ad Eumolpũm, O ɔëtarum, inquit, diſertiſſime tu eras? & on diſcedunt ocyùs nequiſſimi ſerui, ma- ıſque continent à rixa? * Bargat.

ɔntubernalis mea mihi faſtum facit. Itá, ne amas, maledic illam verſibus, vt ha- at pudorem. *

ım Eumolpus cnm Bargate in ſecreto Encolp. quitur, intrat ſtabulũ præco cum ſeruo blico, aliáque ſanè modica frequentia, émque fumoſam magis quàm lucidam aſſans, hæc proclamauit: Puer in balneo ulò antè aberrauit, annorum circa xvi. ſpus, mollis, formoſus, nomine Giton. quis eum reddere aut cõmonſtrare vo- rit, accipiet nũmos mille. Nec longè à econe Aſcyltos ſtabat amictus diſcolo- veſte, atque in lãce argentea indicium fidem præferebat. Imperaui Gitoni, vt ɔtim grabatum ſubiret, annecteretque des & manus inſtitis, quibus ſponda citam ferebat: ac, ſicut olim Vlyxes ɔ ariete adhæſiſſet, extẽtus infra graba- n ſcrutantium eluderet manus. Non eſt ɔratus Giton imperium, momentóque nporis inſeruit vinculo manus, & Vly- m aſtu ſimillimo vicit Ego, ne ſuſpi- ıni relinquerem locum, lectulum ve- nentis oppleui, vniúſque hominis ve- giu̅m ad corporis mei menſuram figu- ıi. Interim Aſcyltos, vt pererrauit om- s cum viatore cellas, venit ad meam: & ıc quidem pleniorem ſpem concepit,

quò diligentiùs oppeſſulatus inuenit fores. Publicus verò ſeruus, inſertans commiſſuris ſecures, clauſtrorum firmitatem laxauit. Ego ad genua Aſcylti procubui, & per memoriam amicitiæ, pérque ſocietatem miſeriarum, petii vt ſaltem oſtenderet fratrem; immò, vt fidem haberent fictæ preces. Scio te, inquam, Aſcylte, ad occidendum me veniſſe: quo enim ſecures attuliſti? Itaque ſatia iracundiam tuã. Præbeo ecce ceruicem, funde ſanguinem, quem ſub prætextu quæſtionis petiiſti. Amolitur Aſcyltos inuidiam, &, ſe verò nihil aliud quam fugitiuum ſuum dixit quærere, mortem nec hominis concupiſce, nec ſupplicis, vtique eius, quem poſt fatalem rixam habuit cariſſimum. At non ſeruus publicus tam languidè agit, ſed raptam cauponi harundinem ſubter lectum mittit, omniáque etiam foramina parietum ſcrutatur Subducebat Giton ab ictu corpus, & reducto timidiſſimè ſpiritu, ipſos ſcyniphes ore tangebat. Eumolpus autem, quia effractum hoſtium cellæ neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus, &, *Eum.* Mille, inquit, nũmos inueni: iam enim perſequar abeuntem, & in poteſtate ſua eſſe Gitonam meritiſſima propoſitione monſtrabo. Genua ego perſeuerantis amplector, ne morientes vellet occidere: &, *Encol.* Meritò, inquam, excandeſceres, ſi poſſes proditum oſtendere. Nunc inter turbam puer fugit, nec quò abierit, ſuſpicari poſſum. Per fidem, Eumolpe, reduc puerum, & vel Aſcylto redde. Dum

hæc

ıæc ego iam credenti perſuadeo, Giton, ·ollectione ſpiritus plenus ter continuò ta ſternutauit, vt grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conuerſus, aluere Gitona iubet. Remota etiam cul-ita videt Vlyxem, cui vel eſuriens Cy-lops potuiſſet parcere. Mox conuerſus ad *Eumolp.* ne, Quid eſt, inquit, latro? Ne deprehen-us quidem auſus es mihi verum dicere? mmò, ni Deus quidam humanarum re-um arbiter pendenti puero excuſſiſſet in-icium, eluſus circa popinas errarem. * *Encol.* Giton longè blandior, quam ego, pri-nùm araneis oleo madentibus vulnus, uod in ſupercilio factum erat, coartauit, ıox palliolo ſuo laceratam mutauit ve-:em, amplexúſque iam mitigatum, oſcu-s tamquam fomentis adgreſſus eſt: &, In *Giton.* ıa, inquit, pater cariſſime, in tua ſumus uſtodia. Si Gitona tuum amas, incipe elle ſeruare. Vtinam me ſolum inimicus gnis hauriret, vtinam hibernum inuade-et mare! Ego enim omnium ſcelerum ıateria, ego cauſſa ſum. Si perirem, con-eniret inimicis. *

go ſic ſemper, & vbique vixi, vt vltimã uamque lucem, tanquam non redituram onſumerem. ***

rofuſis ego lacrymis rogo, quæſóque, vt ecum quoque redeat in gratiam. neque nim in amantium eſſe poteſtate furio-m æmulationem: daturum tamen ope-m, ne aut dicam, aut faciã amplius quo oſſit offendi. Tantùm omnem ſcabitudi-em animo, tamquam bonarum artium

Digitized by Google

magiſter, deleret ſine cicatrice. Incultis aſperiſque regionibus diutius niues hærent: aſt vbi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, leuis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus ira conſidit: feras quidem mentes obſidet, eruditas prælabitur. *Eumolp.* Vt ſcias, inquit Eumolpus, verum eſſe quod dicis, ecce etiam oſculo iram finio. Itaque, quod bene eueniat, expedite ſarcinulas, & vel ſequimini me, vel ſi mauultis, ducite. Adhuc loquebatur, cùm crepuit *Encolp.* oſtium impulſum, ſtetitque in limine barbis horrentibus nauta: & Moraris, inquit, Eumolpe, tamquam prope diem ignores. Haud mora, omnes conſurgimus, & Eumolpus quidem mercenarium ſuum iam olim dormientem exire cum ſarcinis iubet. Ego cum Gitone quicquid erat, in altum compono, & adoratis ſideribus intro nauigium. *

Moleſtum eſt quod puer hoſpiti placet. Quid autem non commune eſt quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata ſideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formoſius poteſt? In publico tamen manant. Solus ergo amor furtum potiùs quàm præmium erit? Immo verò nolo habere bona, niſi quibus populus inuiderit. vnus & ſenex non erit grauis: etiā quum voluerit aliquid ſumere, opus anhelitu perdet. Hoc vt infra fiduciā poſui, fraudauiq; animum diſſidētem, cœpi ſomnum obruto tunicula capite mētiri ſed repentè quaſi deſtruente fortuna conſtantiā

neã, ciuſmodi vox, ſuper conſtratũ puppis
[c]õgemuit. Ergo me deriſit? At hæc quidem Lichas.
[v]irilis & pene auribus meis familiaris ani-
mũ palpitantẽ percuſſit. Cæterùm eadẽ in-
[d]ignatione mulier lacerata vlteriùs excã-
[d]uit: &, Si quis Deus manibus meis, inquit, Tryph.
[G]itona imponeret, quam bene exulẽ ex-
[c]iperet! Vterque noſtrum tam inexpecta- Encolp.
[t]o ictus ſono amiſerat ſanguinẽ. Ego præ-
[c]ipue, quaſi ſomnio quodam turbulento
[c]ircumamictus diu vocẽ collegi, tremuliſ-
[q]ue manibus, Eumolpi iã in ſoporẽ laben-
[t]is, laciniam duxi: &, Per fidem, inquam,
[p]ater, cuius hæc nauis eſt, aut quos vehat,
[d]icere potes? Inquietatus ille moleſte
[t]ulit: &, Hoc erat, inquit, quod pla- Eumol.
cuerat tibi, vt ſuper conſtratum nauis,
[o]ccuparemus ſecretiſſimum locum, ne
[n]os patereris requieſcere? Quid porro
[a]d rem pertinet, ſi dixero Licham Ta-
[r]entinum eſſe dominum huiuſce naui-
[g]ii, qui Tryphænam exulem Tarentum Encolp.
[f]erat? Intremui poſt hoc fulmen attoni-
[t]us, iuguló que detecto, Aliquando, in-
[q]uam, totum me fortuna viciſti. Nam Gi-
[t]on quidem ſuper meum pectus poſitus
[d]iu animam egit: deinde vt effuſus ſudor
[v]triuſque ſpiritum reuocauit, cõprehendi
[E]umolpi genua, &, Miſerere, inquam,
[m]orientium, id eſt, pro conſortio ſtudiorũ
[c]ommoda manum mors venit, quæ, niſi
[p]er te licet, poteſt eſſe pro munere. Inũda-
[t]us hac Eumolpus inuidia, iurat per Deos,
[D]eáſque, ſe neque ſcire quid acciderit, nec
[v]llum dolum malum conſilio adhibuiſſe;

ſed mente ſimpliciſſima, & vera fide in nauigium comites induxiſſe, quo ipſe iam pridem fuerit vſurus. Quæ autem hic inſidiæ ſunt? inquit, aut quis nobis Hannibal *Eumolp.* nauigat? Lichas Tarentinus homo verecundiſſimus, & non tantùm huius nauigii dominus quod regit, ſed fundorum etiam aliquot & familiæ negotiantis, onus deferendum ad mercatum conduxit. hic *Encolp.* eſt Cyclops ille & archipirata, cui vecturam debemus: & præter hunc Tryphæna omnium fœminarum formoſiſſima, quæ voluptatis cauſſa huc atque illuc vectatur. *Giton.* Hi ſunt, inquit Giton, quos fugimus: ſimúlque raptim cauſſas odiorum & inſtãs periculum trepidanti Eumolpo exponit. Confuſus ille, & cõſilii egens iubet quemque *Eumol.* ſuam ſententiam proponere: &, Fingite, inquit, nos antrum Cyclopis intraſſe. Quærendum eſt aliquod effugium, niſi naufragium ponimus, & omni nos periculo *Giton.* liberamus. Immò, inquit Giton, perſuade gubernatori vt in aliquem portum nauem deducat, non ſine præmio ſcilicet, & affirma ei impatientem maris fratrem tuum in vltimis eſſe. Poteris hanc ſimulationem & lacrymis & vultus confuſione obumbrare, vt miſericordia permotus *Encolp.* gubernator indulgeat tibi. Negauit *Eumol.* hoc Eumolpus fieri poſſe: quia magna, inquit, nauigia portubus ſe grauatim inſinuant, nec tam citò fratrem defeciſſe veriſimile erit. Accedit his, quod forſitan Lichas officii cauſſa viſere lãguentem deſiderabit. Vides quàm valde nobis expe-

diat vltrò dominum ad fugientes accedere. Sed finge nauem ab ingenti poſſe curſu deflecti, & Licham non vtique circumiturum ægrorum cubilia, quomodo poſſumus egredi naue, vt non conſpiciamur à cunctis? opertis capitibus, an nudis? opertis. & quis non dare manum languentibus volet? nudis. & quid erit aliud, quàm ſeipſos proſcribere? Quin potiùs, inquã ego, *Encolp.* ad temeritatem confugimus, & per funem delapſi deſcendimus in ſcapham, præciſóque vinculo, reliqua fortunæ committimus? Nec ego in hoc periculum Eumolpum arceſſo. Quid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? Contentus ſum, ſi nos deſcendentes adiuuerit caſus. Non imprudens cõſilium, inquit Eu- *Eumol.* molpus, ſi aditum haberet. Quis enim non euntes notabit? Vtique gubernator, qui peruigil nocte ſiderum quoque motus cuſtodit. Et vt cũque imponi vel dormienti poſſet, ſi per aliam partem nauis fuga quæreretur: nunc per puppim, per ipſa gubernacula dilabendum eſt, à quorum regione funis deſcendit, qui ſcaphæ cuſtodiam tenet. Præterea illud miror, Encolpi, tibi non ſuccurriſſe, vnum nautam ſtationis perpetuæ interdiu noctúque iacere in ſcapha, nec poſſe inde cuſtodem, niſi aut cæde expelli, aut præcipitari viribus. Quod an fieri poſſit, interrogate audaciam veſtram. Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuſo periculum, quod ſalutis ſpem oſtendit. Nam ſine cauſſa quidem ſpiritum tanquam rem va-

cuam impendere, nec vos quidem exiſtimo velle. Videte numquid hoc placeat. Ego vos in duas iam pelles conſuam, vinctóſque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo, apertis ſcilicet aliquatenus labris, quibus & ſpiritum recipere poſſitis, & cibum. Conclamabo deinde nocte ſeruos pœnam grauiorem timentes præcipitaſſe ſe in mare: deinde cùm ventum fuerit in portum, ſine vlla ſuſpicione pro ſarcinis vos efferam.

Encolp. Ita vero, inquã ego, tamquam ſolidos alligaturus, quibus non ſoleat venter iniuriam facere: an tamquam eos qui ſternutare non ſoleamus, nec ſtertere? an quia hoc genus furti ſemel mihi feliciter ceſſit? Sed finge vna die vinctos poſſe durare: quid ergo ſi diutius aut tranquillitas nos tenuerit, aut aduerſa tempeſtas? quid facturi ſumus? veſtes quoque diutius vinctas ruga cõſumit, & chartæ alligatæ mutant figuram. Iuuenes adhuc laboris expertes, ſtatuarum ritu patiemur pannos & vincula? Adhuc aliquod iter ſalutis quærendum eſt. Inſpicite quod ego inueni. Eumolpus tamquam litterarum ſtudioſus vtique atramentum habet. hoc ergo remedio mutemus colores à capillis vſque ad vngues. Ita tamquam ſerui Æthiopes, & præſto tibi erimus ſine tormentorum iniuria hilares, & permutato colore imponemus inimicis.

Giton. Quin tu, inquit Giton, & circumcide nos, vt Iudæi videamur: & pertunde aures, vt imitemur Arabes: & increta facies, vt ſuos Gallia ciues putet: tamquam hic

olus color figuram poſſit peruertere, & non multa vnà oportet cōſentiant, & non ratione mendacium conſtet. Puta infe-ctam medicamine faciem diutius durare poſſe: finge nec aquæ aſperginem impo-ſituram aliquam corpori maculam, nec veſtem atramento adhæſuram, quod fre-quenter etiam non accerſito ferrumine infigitur: age, numquid & labra poſſu-mus tumore teterrimo implere? numquid & crines calamiſtro conuertere? nunquid & frontes cicatricibus ſcindere? numquid & crura in orbem pandere? numquid & talos ad terram deducere? numquid bar-bam peregrina ratione figurare? Color arte compoſitus inquinat corpus, non mutat. Audite quid dementi ſuccurrerit. Præligemus veſtibus capita, & nos in profundum mergamus. Nec iſtud Dii ho-minéſque patiantur, Eumolpus exclamat, *Eumol.* vt vos tam turpi exitu vitam finiatis. Im-mò potiùs facite quod iubeo: Mercena-rius meus, vt ex nouacula comperiſtis, tonſor eſt: hic continuò radat vtriuſ-que non ſolùm capita, ſed etiam ſuper-cilia, ſequar ego, frontes notans inſcrip-tione ſolerti, vt videamini ſtigmate eſ-ſe puncti. Ita eædem literæ & ſuſpicio-nem declinabunt quærentium, & vultus vmbra ſupplicii teget. Non eſt dilata fal- *Encolp.* lacia, ſed ad latus nauigii furtim proceſ-ſimus, capitáque cum ſuperciliis denu-danda tonſori præbuimus. Impleuit Eu-molpus frontes vtriuſque ingentibus lit-teris, & notum fugitiuorum epigramma

Digitized by Google

per totam faciẽ liberali manu duxit. Vnus forte ex vectoribus, qui acclinatus lateri nauis exonerabat ſtomachum nauſea grauem, notauit ſibi ad Lunam tonſorem intempeſtiuo inhærentem miniſterio, exſecratúſque omen, quod imitaretur naufragorum vltimum votum, in cubile reiectus eſt. Nos diſſimulata nauſeantis deuotione, ad ordinem triſtitiæ redimus, ſilentióque compoſito, reliquas noctis horas male ſoporati conſumpſimus. * *

Lichas. Videbatur mihi ſecundum quietem Priapus dicere, Encolpion, quem quæris, ſcito à me in nauem tuam eſſe perductum. *Tripha.* Exhorruit Tryphæna: &, Putes, inquit, vnà nos dormiiſſe: nam & mihi ſimulacrum Neptuni quod Baiis ter aſylo notaueram, videbatur dicere, In naui Lichæ Gitona inuenies. *Eumolp.* Hinc ſcies, inquit Eumolpus, Epicurum hominem eſſe diuinum, qui eiuſmodi ludibria facetiſſima ratione condemnat.

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deum, nec ab æthere numina mittunt.
Sed ſibi quiſque facit: nam quum proſtrata ſopore
Vrget membra quies, & mens ſine pondere ludit:
Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes,
Tela videt, verſaſq; acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.

Qui cauſſas orare ſolent, legéſque, forúmque,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſumq; inuenit aurũ.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit vndis,
Aut premit euerſam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Cæterùm Lichas vt Tryphænæ ſomnium expiauit, Quis, inquit, prohibet nauigium ſcrutari, ne videamur diuinæ mentis opera damnare? Is qui nocte miſerorum furtum deprehenderat, Ætius nomine, ſubitò proclamat, Ergo illi qui ſunt qui nocte ad Lunam radebantur? peſſimo medius fidius exemplo. Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues, neque capillos deponere, niſi cùm pelago ventus iraſcitur. Excanduit Lichas hoc ſermone turbatus; &, Ita ne, inquit, capillos aliquis in naue præcidit, & hoc nocte intempeſta? attrahite ocyùs nocentes in mediũ, vt ſciam quorum capitibus debeat nauigium luſtrari. Ego, inquit Eumolpus, hoc iuſſi; nec non eodem futurus nauigio auſpicium mihi feci; quia noſcentes horridos longóſque habebant capillos, ne viderer de naue carcerem facere, iuſſi ſqualorem damnatis auferri: ſimul vt notæ quoque literarum non adumbratæ comarum præſidio totæ ad oculos legentium accederent. Inter cætera apud communem amicam conſumpſerunt pecuniam meam, a qua illos proxima nocte extraxi mero

Encolp. *Lich.* *Encolp.* *Ætius.* *Lich.* *Eumolp.*

vnguentíſque perfuſos. Ad ſummam, adhuc patrimonii mei reliquias olent. *Encolp.* Itaque vt tutela nauis expiaretur, placuit quadragenas vtriſque plagas imponi. Nulla ergo fit mora: Aggrediũtur nos furentes nautæ cum funibus, temtántque viliſſimo ſanguine tutelam placare. Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. Cæterùm Giton ſemel ictus, tam valde exclamauit, vt Tryphænæ aures notiſſima voce repleret. Non ſolùm ergo turbata eſt, ſed ancillæ quoque omnes familiari ſono inductæ ad vapulantem decurrunt. Iam Giton mirabili forma exarmauerat nautas, cœperátque etiam ſine voce ſæuientes rogare, cùm ancillæ pariter proclamant: Giton eſt, Giton, inhibete crudeliſſimas manus: Giton eſt, Domina ſuccurre. Deflectit aures Tryphæna iam ſua ſponte credentes, raptímque ad puerum deuolat. Lichas, qui me optimè nouerat, tãquã & ipſe vocẽ audiſſet, accucurrit: &, nec manus, nec faciem meam conſiderauit, ſed continuo ad inguina mea luminibus deflexis, mouit officioſam manum: *Lich.* &, Salue, inquit, Encolpi. *Encolp.* Miretur nunc aliquis, Vlixis nutricem poſt viceſimum annum cicatricem inueniſſe originis indicem, cùm homo prudentiſſimus, confuſis omnibus corporis indiciorũque lineamentis, ad vnicum fugitiui argumentum tam docte peruenerit. Tryphæna lacrymas effudit decepta ſupplicio: vera enim ſtigmata credebat captiuorum frontibus impreſſa, ſciſcitarique ſummiſ-

ſiùs cœpit, quòd ergaſtulum intercepiſſet errantes, aut cuius tam crudeles manus in hoc ſupplicium duraſſent: Meruiſſe quidem contumeliam aliquam fugitiuos, quibus in odium bona ſua veniſſent. Concitatus iracundia proſiliit Lichas, &, O te, inquit, fœminam ſimplicem, tamquam vulnera ferro præparata litteras biberint. Vtinam quidem hac ſe inſcriptione frontis maculaſſent! Haberemus nos extremum ſolatium. Nunc mimicis artibus petiti ſumus, & adumbrata inſcriptione deriſi. Volebat Tryphæna miſereri, quia non totam voluptatem perdiderat: ſed Lichas memor adhuc vxoris corruptæ, contumeliarúmque quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementiùs vultu proclamat: Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexiſti ô Tryphæna. nam imprudentes noxios in noſtrum induxêre nauigium, & quid feciſſent, admonuerunt pari ſomniorum conſenſu. Ita vide vt proſit illis ignoſci, quos ad pœnam ipſe Deus deduxit. Quod ad me attinet, non ſum crudelis, ſed vereor, ne, quod remiſero, patiar. Tam ſuperſtitioſa oratione Tryphæna mutata; negat ſe interpellare ſupplicium, immò accedere etiam iuſtiſſimæ vltioni: nec ſe minùs grandi vexatã iniuria, quàm Licham, cuius pudoris dignitas in concione proſcripta ſit. * * *

Lich. *Encolp.* *Lich.*

Me vtpote hominem non ignotum elegerunt ad hoc officium, petierúntque vt ſe reconciliarem aliquando amiciſſimis.* *Eumol.*

Niſi fortè putatis iuuenes caſu in has plagas incidiſſe, quum omnis vector nihil priùs quærat, quàm cuius ſe diligentiæ credat. Flectite ergo mentes ſatisfactione lenitas, & patimini liberos homines ire ſine iniuria quò deſtinant. Sæui quoque implacabilésque domini crudelitatẽ ſuam impediunt, ſi quando pœnitentia fugitiuos reduxit, & dedititiis hoſtibus parcimus. Quid vltrà petitis? aut, quid vultis? In conſpectu veſtro ſupplices iacẽt, iuuenes, ingenui, honeſti, &, quod vtroque potentius eſt, familiaritate vobis aliquãdo coniuncti. Si mehercules interuortiſſent pecuniam veſtram, ſi fidem proditione læſiſſent, ſatiari tamen potuiſſetis hac pœna quàm videtis. Seruitia ecce in frontibus cernitis, & vultus ingenuos volũtaria pœnarum lege proſcriptos.

Lich. Interpellauit deprecationem ſupplicis Lichas, & Noli, inquit, cauſſam confundere, ſed impone ſingulis modum. Ac primum omnium, ſi vltrò venerunt, cur nudauere crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat, non ſatisfactionem. Deinde ſi gratiam à legato moliebantur, quid ita omnia feciſti, vt quos tuebaris, abſconderes? Ex quo apparet caſu incidiſſe noxios in plagas, & te artem quæſiſſe, qua noſtræ animaduerſionis impetum eluderes. Nam quòd inuidiam facis nobis, ingenuos honeſtóſque clamando, vide ne deteriorem facias confidentia cauſſam. Quid debent læſi facere, vbi rei ad pœnam confugiunt? At enim amici fuerunt noſtri;

eò maiora meruerunt ſupplicia. Nam qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, paulominus quàm parricida. Reſoluit Eumolpus tam iniquā declamationem, & Intellego, inquit, nihil magis obeſſe iuuenibus miſeris, quàm quod nocte depoſuerunt capillos: hoc argumento inci-diſſe in nauē videntur, non veniſſe. Quod velim tam candide ad veſtras aures perueniat, quàm ſimpliciter geſtum eſt. Voluerunt enim antequam conſcenderent, exonerare capita moleſto & ſuperuacuo pondere, ſed celerior ventus diſtulit curationis propoſitum. Nec tamen putauerunt ad rem pertinere, vbi inciperent quod placuerat, vt fieret: quia nec omen, nec legem nauigantium nouerant. Quid, inquit Lichas, attinuit ſupplices radere? niſi fortè miſerabiliores calui ſolent eſſe. quamquam quid attinet veritatē per interpretē quærere? Quid dicis tu latro? quæ ſola Salamandra ſupercilia tua excuſſit? cui Deo crinem vouiſti? Pharmace, reſponde. Obſtupuerā ego ſupplicii metu pauidus, nec quid in re manifeſtiſſima dicerem, inueniebam. Turbatus & deformis præter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam æqualis cum frōte caluities, vt nihil nec facere deceret, nec dicere. Vt verò ſpongia vda facies plorantis deterſa eſt, & liquefactum per totum os atramentū, omnia ſcilicet lineamēta fuliginea nube confudit, in odium ſe ira conuertit. Negat Eumolpus paſſurum ſe, vt quiſquam ingenuos contra fas legémque contaminet,

Eumolp. *Lich.* *Encolp.*

interpellátque ſæuientium minas, non ſolùm voce, ſed & manibus. Aderat interpellanti mercenarius comes, & vnus altérque infirmiſſimus vector, ſolatia magis litis, quam virium auxilia. Nec quicquam pro me deprecabar, ſed intentans in oculos Tryphænæ manus, vſurum me viribus meis clara liberáque voce clamaui, ni abſtineret à Gitone iniuriam mulier damnata, & in toto nauigio ſola verberanda. Accenditur audacia mea iratior Lichas, indignatúrque quòd ego relicta mea cauſſa tantùm pro alio clamo. Nec minùs Tryphæna contumelia ſæuit accenſa, totiúsque nauigii turbam diducit in partes. Hinc mercenarius tonſor ferramenta ſua nobis, & ipſe armatus, diſtribuit: illinc Tryphænæ familia nudas expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor aciem deſtituit, vno tantùm gubernatore relicturum ſe nauis miniſterium denuntiãte, ſi non deſinat rabies libidine perditorum collecta. Nihilominùs tamen perſeuerat dimicantium furor; illis pro vltione, nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo vtrinque ſemimortui labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prælio pedem, nec tamen cuiuſquam ira laxatur. Tunc fortiſſimus Giton ad virilia ſua admouit nouaculam infeſtam, minatus ſe abſciſſurum tot miſeriarum cauſam: inhibuítque Tryphæna tam grande facinus, non diſſimulata miſſione. Sæpius ergo cultrum tonſorium ſuper iugulum meum poſui, non magis me occiſurus, quàm

Giton, quod minabatur, facturus: audaciùs ille tamen tragœdiam implebat, quia ſciebat ſe illam habere nouaculam, qua iam ſibi ceruicem præciderat. Stante ergo vtraque acie, quum appareret futurum nõ ſtlatarium bellum, ægrè expugnauit gubernator, vt caduceatoris more Tryphæna inducias faceret. Data ergo acceptáque patrio more fide, protendit ramum oleæ à tutela nauigii raptũ, atque in colloquium venire auſa:

Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?
Quid noſtra meruere manus? non Troius hoſtis
Hac in claſſe vehit decepti pignus Atrida:
Nec Medea furẽs fraterno ſanguine pugnat:
Sed cõtemtus amor vires habet, & mihi fata
Hos inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non eſt mors vna ſatis? ne vincite pontum,
Gurgitibuſque feris altos immittite fluctus. *Eucolp.*

Hæc vt turbato clamore mulier effudit, hæſit pauliſper acies, reuouatæque ad pacem manus intermiſêre bellum. Vtitur pœnitentiæ occaſione dux Eumolpus, & caſtigato ante vehementiſſimè Licha, tabulas fœderis ſignat, queis hæc formula erat: Ex tui animi ſententia: neque iniuriam tibi factam à Gitone quereris, neque ſi quid ante hunc diem factum eſt, obiicies, vindicabísve, aut vllo alio genere perſequendum curabis: & vt nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, nòn oſculum,

non coitum Venere conſtrictum, niſi pro qua re præſentes numeraueris denarios centum. Item Licha ex tui animi ſententia, vt tu Encolpion nec verbo contumelioſo inſequeris, nec vultu, neque quæres vbi nocte dormiat; aut ſi quæſieris, pro ſingulis iniuriis numerabis præſentes denarios ducentos. In hæc verba fœderibus compoſitis arma deponimus: & ne reſidua in animis etiam poſt iuſiurandum ira remaneret, præterita aboleri oſculis placet. Exhortantibus vniuerſis odia detumeſcunt, epulæque ad certamen prolatæ conciliant hilaritate concilium. Exſonat ergo cantibus totum nauigium, & quia repentina trãquillitas intermiſerat curſum, alius exſultantes quærebat fuſcina piſces: alius hamis blandientibus conuellebat prædam repugnantem. Ecce etiam per antemnam pelagiæ conſederant volucres, quas tectis harundinibus peritus artifex tetigit. Illæ viſcatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pinnáſque per maria inanis ſpuma torquebat. Iam Lichas redire mecum in gratiam cœperat; iam Tryphæna Gitona extrema parte potionis ſpargebat, quum Eumolpus & ipſe vino ſolutus dicta voluit in caluos ſtimosóſque iaculari: donec conſumta frigidiſſima vrbanitate, rediit ad carmina ſua; cœpítque capillorum elegidarion dicere.

Eumol. *Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli:*
Vernanteſque comas triſtis abegit hyems.
Nunc vmbra nudata ſua iã tempora mœrẽt:

Areáque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura Deûm: quæ prima dediſti
Aetati noſtræ gaudia, prima rapis.
Infelix, modo crinibus nitebas
Phœbo pulchrior, & ſorore Phœbi:
At nunc leuior ære, vel rotundo
Horti tubere, quod creauit vnda,
Ridentes fugis & times puellas.
Vt mortem citiùs venire credas,
Scito iam capitis periſſe partem.

Plura volebat proferre, credo & ineptiora præteritis, quum ancilla Tryphænæ Gitona in partem nauis inferiorem ducit, corymbióque dominæ pueri adornat caput. Iminó ſupercilia etiam profert de pixide, ſcitéque iacturæ liniamenta ſequuta, totam illi formam ſuam reddidit. Agnouit Tryphæna verum Gitona, lacrymisq; turbata, tunc primum bona fide puero baſium dedit. Ego, etiam ſi repoſitum in priſtinum decorem puerum gaudebam, abſcondebam tamẽ frequentiùs vultum, intellegebámque me nõ tralatitia deformitate eſſe inſignitum, quem alloquio dignũ nec Lichas quidem crederet. Sed huic triſtitiæ eadem illa ſuccurit ancilla, ſeuocatúmque me non minùs decoro exornauit capillamento: inimò commendatior vultus enituit, quia flauicomum corymbion erat. Cæterùm Eumolpus & periclitantiũ aduocatus, & præſentis concordiæ auctor ne ſileret ſine fabulis hilaritas, multa in muliebrem leuitatem cœpit iactare: quam facilè adamarent: quam citò etiam filiorum obliuiſcerentur: nullámque eſſe fœ-

Eucolp.

minam tam pudicam, quæ non peregrina libidine vſque ad furorem auerteretur: nec ſe tragœdias veteres curare, aut nomina ſæculis nota, ſed rem ſua memoria factam: quam expoſiturum ſe eſſe, ſi vellemus audire. Conuerſis igitur omnium in *Eumol.* ſe vultibus auribúſque, ſic orſus eſt, Matrona quædam Epheſi tam notæ erat pudicitiæ, vt vicinarum quoque gentium fœminas ad ſui ſpectaculum euocaret. Hæc ergo cùm virum extuliſſet, non contenta vulgari more funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in cõſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiã proſequuta eſt defunctum, poſitúmque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire ac flere totis noctibus diebúſque cœpit. Sic adflictantem ſe, ac mortẽ inedia perſequentem, non parentes potuerunt abducere: non propinqui: magiſtratus vltimo repulſi abierunt: comploratáque ab omnibus ſingularis exẽpli fœmina quintum iam diem ſine alimento trahebat. Adſidebat ægræ fidiſſima ancilla, ſimulque & lacrymas commẽdabat lugenti, & quoties defecerat poſitum in monimento lumen, renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat: & ſolum illud adfulſiſſe verum pudicitiæ amoríſque exemplum omnis ordinis homines confitebantur: quum interim Imperator prouinciæ latrones iuſſit crucibus adfigi, ſecundum illam eandem caſulam, in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte quum miles, qui cruces ſeruabat, ne

quis ad ſepulturã corpora detraheret, notaſſet ſibi & lumen inter monimenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audiſſet: vitio gentis humanæ concupiit ſcire, quis aut quid faceret. Deſcendit igitur in cõditorium: viſaque pulcherrima muliere, primò quaſi quodam monſtro, infernísque imaginibus turbatus ſubſtitit: deinde vt & corpus iacentis conſpexit, & lacrymas cõſiderauit, faciémque vnguibus ſectam: ratus ſcilicet quod erat, deſideriũ exſtincti non poſſe fœminam pati: attulit in monimentum cænulam ſuam, cœpitque hortari lugentẽ, ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo, & nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium eundem exitum eſſe: ſed & idem domicilium: & cætera, quibus exulceratæ mentes ad ſanitatem reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa, lacerauit vehementius pectus, ruptóſque crines ſuper pectus iacentis impoſuit. Nec receſſit tamen miles, ſed eadẽ exhortatione tentauit dare mulierculæ cibum, donec ancilla vini cibique ab eo odore corrupta, primùm ipſa porrexit ad humanitatem inuitantis victam manum: deinde refecta potione & cibo, expugnare dominæ pertinaciã cœpit &, Quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuam ſepelieris? ſi antequam fata poſcant, indemnatum ſpiritum effuderis?

Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?

Vis tu reuiuiſcere reluctantibus fatis exſtinctum? vis diſcuſſo muliebri errore:

quàm diu licuerit, lucis commodis frui? ipſum te iacẽtis corpus admonere debet, vt viuas. Nemo inuitus audit, cùm cogitur aut cibum ſumere, aut viuere. Itaque mulier aliquot dierum abſtinentia ſicca, paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam: nec minus auidè repleuit ſe cibo, quàm ancilla, quæ prior victa eſt. Cæterùm ſcitis quid temtare plerumque ſoleat humanam ſatietatem. Quib. blanditiis impetrauerat miles vt matrona viuere vellet, ijſdem etiam pudicitiam eius agreſſus eſt. Nec deformis aut infacundus iuuenis caſtæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac ſubinde dicente:

——*Placitone etiam pugnabis amori?*
Nec venit in mentẽ, quorũ conſederis aruis?

Quid diutius moror? ne hanc quidem mulier partem corporis abſtinuit, victorque miles vtrumque perſuaſit. Iacuerunt ergo vnà, non tantùm illa nocte, qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die, præcluſis videlicet conditorij foribus, vt quiſque ex notis ignotiſque ad monimentum veniſſet, putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam vxorem. Cæterùm delectatus miles & forma mulieris & ſecreto, quicquid boni per facultates poterat, coëmebat; & prima ſtatim nocte in monimentum ferebat. Itaque cruciarii vnius parentes, vt viderunt laxatam cuſtodiam, detraxêre nocte pendentem, ſupremóque mandauerunt officio. At miles circumſcriptus dum deſidet, vt poſtero die vidit vnam ſine cadauere crucem, veri-

Digitized by Google

tus ſupplicium, mulieri quid accidiſſet, exponit: nec ſe exſpectaturum Iudicis ſententiam, ſed gladio ius dicturum ignauiæ ſuæ: commodaret modò illa perituro locum, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minùs miſericors quàm pudica, Nec iſtud, inquit, Dii ſinant, vt eodem tempore duorum mihi cariſſimorum hominũ duo funera ſpectem: malo mortuum pendere, quàm viuum occidere. Secundùm hanc orationem, iubet corpus mariti ſui tolli ex arca, atque illi, quæ vacabat, cruci adfigi. Vſus eſt miles ingenio prudentiſſimæ fœminæ: poſteróque die populus miratus eſt, qua ratione mortuus iſſet in crucem.

Fœmina nulla bona eſt, aut ſi bona cõtigit vlla
Neſcio quo pacto res mala facta bona eſt.

Riſu excepere fabulam nautæ, erubeſcẽ- *Encolp.* te non mediocriter Tryphæna, vultúmque ſuum ſuper ceruicem Gitonis amabiliter ponente. At non Lichas riſit, ſed iratũ commouens caput, Si iuſtus, inquit, Imperator fuiſſet, debuit patris familiæ corpus in monimentũ referre, mulierem adfigere cruci. *Encolp.* Nõ dubiè redierat in animum, *ele, expilatũque libidinoſa migratione nauigium. Sed nec fœderis verba permittebant meminiſſe: nec hilaritas, quæ præoccupauerat mẽtes, dabat iracundiæ locum. Cæterùm Tryphæna in gremio Gitonis poſita, modo implebat oſculis pectus, interdum concinnabat ſpoliatum crinibus vultum. Ego mœſtus & impatiens fœderis noui, non cibum, non potio-

nem capiebam, ſed obliquis trucibúſque oculis vtrumque ſpectabam. Omnia me oſcula vulnerabant, omnes blanditiæ, quaſcumque mulier libidinoſa fingebat: nec tamen adhuc ſciebam vtrùm magis puero iraſcerer, quòd amicam mihi auferret, an amicæ, quòd puerum corrumperet. Vtraque inimiciſſima oculis meis, & captiuitate præterita triſtiora. Accedebat huc, quòd neque Tryphæna me alloquebatur tamquam familiarem & aliquando gratum ſibi amatorem, nec Giton me aut tralatitia propinatione dignũ iudicabat, aut quod minimum eſt, ſermone communi vocabat. credo veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem reſcinderet. Inundauere pectus lacrymæ dolore paratæ, gemitúſque ſuſpirio tectus animam penè ſubmouit. * *

In partem voluptatis temtabat admitti Lichas, nec domini ſuperciliũ induebat, ſed amici quærebat obſequium. * *

Si quid ingenui ſanguinis habes, non pluris illam facies, quàm ſportã. Si vir fueris,
Encolp. non ibis ad ſpuitam. * * *

Me nihil magis pudebat, quàm ne Eumolpus ſenſiſſet quidquid illud fuerat, & homo dicaciſſimus carminibus vindicaret. *

Nam citius flammas mortales ore tenebunt,
Quã ſecreta tegant: quidquid dimittis in aula
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat,
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem, ſimulatius exit,
Preditionis opus, famamque onerare laborat
Sic commiſſa ferens auidus reſerare miniſter,
fodit humũ, Regiſque latentes prodidit aures

Excepit nam terra ſonos calamique loquentes
Inuenere Midam qualem narrauerat index.

Iurat Eumolpus verbis conceptiſſimis. *

* * *

Dum hæc taliáque iactamus, inhorruit mare, nubéſque vndique adductæ obruêre tenebris diem. Diſcurrunt nautæ ad officia trepidantes, veláque tempeſtati ſubducunt. Sed nec certos fluctus ventus impulerat: nec quò deſtinaret curſum gubernator ſciebat: Siciliam modo ventus dabat, ſæpiſſime Italici littoris Aquilo poſſeſſor, conuertebat huc illuc obnoxiam ratem: &, quod omnibus procellis periculoſius erat, tam ſpiſſæ repente tenebræ lucem ſuppreſſerant, vt ne proram quidem totam gubernator videret. Itaque Hercules poſtquā ſpes omnis manifeſtò euolauit, Lichas trepidans ad me ſupinas porrigit manus: &, Tu, inquit, Encolpi, *Lichas.* ſuccurre periclitantibus, id eſt, veſtem illam diuinam, ſiſtrúmque redde nauigio. Per fidem, miſerere, quemadmodum quidem ſoles. Et illum quidem vociferantem *Encolp.* in mare ventus excuſſit, repetitúmque infeſto gurgite procella circumegit atque hauſit. Tryphænam autem properam fideliſſimi rapuerunt ſerui, ſcaphæque impoſitam cum maxima ſarcinarum parte abduxere certiſſimæ morti, Gitoni applicitus cum clamore fleui: &, Hoc, inquam, à Diis meruimus, vt nos ſola morte coniungerent: ſed non crudelis Fortuua concedit. Ecce iam ratem fluctus euertet: iam amplexus

amantium iratum diuidet mare. Igitur ſi verè Encolpion dilexiſti, da oſcula dum licet, & vltimum hoc gaudium ſatis properantibus rape. Hæc, vt ego dixi, Giton ueſtem depoſuit, meáque tunica contectus exſeruit ad oſculum caput: & ne ſic cohærentes malignior fluctus diſtraheret, vtrumque zona circumueniēti præcinxit: *Giton.* &, Si nihil aliud, certè diutius, inquit, iuncta nos mors feret, vel ſi voluerit miſericors ad idem littus expellere, aut prætériens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod vltimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet. Patior ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus expecto mortem *Encolp.* iam non moleſtam. Peragit interim tempeſtas mandata fatorum, omnéſque reliquias nauis expugnat. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus, ſed quaſi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus. *

Procurrere piſcatores paruulis expediti nauigiis ad prædam rapiendam: deinde vt aliquos viderunt, qui ſuas opes defenderent, mutauerunt crudelitatem in auxilium. * *

Audimus murmur inſolitum, & ſub diæta magiſtri, quaſi cupientis exire belluæ gemitū. Perſequuti igitur ſonum inuenimus Eumolpum ſedentem membranæque ingenti verſus ingerentem. Mirati ergo quòd illi vacaret in vicinia mortis Poëma facere, extraximus clamantem, iubemúſque bonam habere mentem. At ille interpellatus

pellatus excanduit, &, Sinite me, inquit, *Eumol.* ſententiam explere: laborat carmen in fine. *Encolp.* Iniicio ego frenetico manum, iubéoque Gitona accedere, & in terram trahere porcam mugientem. *

Hoc opere tandem elaborato caſam piſcatoriã ſubimus mœrentes, cibíſque naufragio corruptis vtcumque curati triſtiſſimam exegimus noctẽ. Poſtero die quum poneremus conſilium, cui nos regioni crederemus, repentè video corpus humanum circumactum leui vortice ad littus deferri. Subſtiti ergo triſtis, cœpique viuentibus oculis maris fidem inſpicere: &, Hunc forſitan, proclamo, in aliqua parte terrarum ſecura expectat vxor: forſitan ignarus tempeſtatis filius: aut patrem vtique reliquit aliquem, cui proficiſcens oſculum dedit. Hæc ſunt conſilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum. En homo quemadmodum natat. Adhuc tanquam ignotum deflebam, quum inuiolatum os fluctus conuertit in terram, agnouique terribilem paulò antè & implacabilem Licham pedibus meis penè ſubiectum. Non tenui igitur diutiùs lacrymas, immò percuſſi ſemel iterúmque manu pectus: &, Vbi nunc eſt, inquam, iracundia tua? vbi impotentia tua? nempe piſcibus belluiſque expoſitus es, & qui paulò antè iactabas vires imperii tui, de tam magna naue nè tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per

mille annos diſponite. Nempe hic proxima luce patrimonii ſui rationes inſpexit; nempe diem etiam quò venturus eſſet in patriam animo ſuo finxit. Dii Deæque, quàm longè à deſtinatione ſua iacet! Sed non ſola mortalibus maria hanc fidẽ præſtant. Illum bellantem arma decipiunt: Illum Diis vota reddentem penatum ſuorum ruina ſepelit: ille vehiculo lapſus properantem ſpiritum excuſſit. Cibus auidum ſtrangulauit, abſtinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, vbique naufragium eſt. At ei fluctibus obruto non contingit ſepultura. Tamquam interſit periturum corpus quæ ratio conſumat, ignis, an fluctus, an mora. Quidquid feceris, omnia hæc eodem ventura ſunt. feræ tamen corpus lacerabunt. tamquam melius ignis accipiat. Immò hanc pœnam grauiſſimam credimus, vbi ſeruis iraſcimur. Quæ ergo dementia eſt, omnia facere, ne quid è nobis relinquat ſepultura?

* * *

Et Licham quidẽ rogus inimicis collectus manibus adolebat: Eumolpus autem dum Epigramma mortuo facit, oculos ad arceſſendos ſenſus longiùs mittit. * *

Hoc peracto libenter officio, deſtinatum carpimus iter, ac momento temporis in montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul impoſitũ arce ſublimi oppidum cernimus. nec quid eſſet ſciebamus errantes, donec à villico quodam, Crotona eſſe cognouimus, vrbem antiquiſſimã & aliquando Italiæ primã. Quum deinde

diligẽtius exploraremus qui homines inhabitarent nobile ſolum, quódue genus negotiationis præcipuè probarent, poſt attritas bellis frequentibus opes; O mi, inquit, hoſpites, ſi negotiatores eſtis, mutate propoſitum, aliúdque vitæ præſidium quærite. Sin autem vrbanioris notæ homines ſuſtinetis ſemper mentiri, recta ad lucrum curritis. In hac enim vrbe non literarum ſtudia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas ſanctíque mores laudibus ad fructum perueniunt, ſed quoſcúmque homines in hac vrbe videritis, ſcitote in duas partes eſſe diuiſos. Nam aut captantur, aut captant. In hac vrbe nemo liberos tollit: quia quiſquis ſuos heredes habet, nec ad cænas, nec ad ſpectacula admittitur, ſed omnibus prohibetur cõmodis, inter ignominioſos latitat. Qui verò nec vxores vmquam duxerunt, nec proximas neceſſitudines habent, ad ſummos honores perueniũt, id eſt, ſoli militares, ſoli fortiſſimi atque etiam innocẽtes habentur. Videbitis, inquit, oppidum, tamquam in peſtilentia campos, in quibus nihil aliud eſt niſi cadauera quæ lacerãtur, aut corui qui lacerant. * Prudentior Eumolpus conuertit ad nouitatem rei mentẽ, genuſque diuinationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt. Iocari ego ſenem poetica leuitate credebam: quum ille, *Eumol.* Vtinam quidem ſufficeret largior ſcena, id eſt, veſtis humanior, quæ præberet mendacio fidem. Non me hercules peram iſtam differrem, ſed continuò vos ad magnas opes

Encolp. ducerem. Atqui promitto quicquid exigeret, dummodo placeret veſtis rapinæ comes, & quidquid Licurgi villa graſſantibus præbuiſſet. Nam nũmos in præſentem vſum deûm matrem pro fide ſua redditu-ram. *Eumolp.* Quid ergo, inquit Eumolpus, ceſſamus mimum componere? *Encolp.* Facite ergo me dominum, ſi negotiatio placet. Nemo auſus eſt artem damnare nihil auferentem. Itaque vt duraret inter omnes tutũ mendacium, in verba Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferróque necari, & quidquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tãquam legitimi gladiatores domino corpora animáſque religioſiſſimè addicimus. Poſt peractum ſacramentum ſeruiliter ficti dominum conſalutamus, elatúmque ab Eumolpo filium pariter condiſcimus, iuuenem ingentis eloquentiæ, & ſpei. ideóque de ciuitate ſua miſerrimum ſenem exiiſſe, ne aut clientes ſodaléſque filii ſui, aut ſepulcrum quotidie cauſſam lacrymarum cerneret. acceſſiſſe huic triſtitiæ proximum naufragium, quo amplius vicies ſeſtertiûm amiſerit: nec illum iactura moueri, ſed deſtitutum miniſterio non agnoſcere dignitatem ſuam. Præterea habere in Africa trecẽties ſeſtertiûm fundis nominibúſque depoſitũ. Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiæ eſſe ſparſam, vt poſſit vel Carthaginem capere. Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo, vt plurimùm tuſſiat, vt hic modò ſolutioris ſtomachi, cibóſque omnes palàm damnet, loquatur

Digitized by Google

aurum & argentum, fundóſque mendaces, & perpetuam terrarum ſterilitatem. Sedeat præterea quotidie ad rationes, tabuláſque teſtamenti omnibus renouet: &, ne quid ſcenæ deeſſet, quotieſcumque aliquem noſtrum vocare temtaſſet: alium pro alio vocaret, vt facilè appareret, dominum etiam eorum meminiſſe, qui præſentes non eſſent. His ita ordinatis, quod bene feliciterque eueniret precati Deos, viam ingredimur. Sed neque Giton ſub inſolito faſce durabat, & mercenarius Corax detractator miniſterii, poſita frequentiùs ſarcina maledicebat properantibus, affirmabátque ſe aut proiecturum ſarcinas, aut cum onere fugiturum. Quid vos, inquit, me iumentum putatis eſſe, aut lapidariam nauem? hominis operas locaui, non caballi: nec minùs liber ſum quàm vos, etſi pauperem pater me reliquit. Nec contentus maledictis, tollebat ſubinde altiùs pedem, & ſtrepitu obſcœno ſimul atque odore viam implebat. Ridebat contumaciam Giton, & ſingulos ſtrepitus eius pari clangore proſequebatur. * * *

Eumolp.

Multos, inquit Eumolpus, ô iuuenes, carmen decepit: nam vt quiſque verſum pedibus inſtruxit, ſenſúmque teneriorē verborum ambitu intexuit, putauit ſe continuò in Heliconem veniſſe. ſic forenſibus miniſteriis exercitati, frequēter ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem refugerunt, credentes facilius poëma extrui poſſe, quàm controuerſiam

ſententiolis vibrantibus pictam. Cæterùm neque generoſior ſpiritus vanitatē amat, neque concipere aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti flumine literarum inundata. Effugiendum eſt ab omni verborum, vt ita dicam, vilitate: & ſumendæ voces à plebe ſummotæ, vt fiat,

Odi prophanum vulgus & arceo.

Præterea curandum eſt, ne ſententiæ emineant extra corpus orationis expreſſæ, ſed intecto veſtibus colore niteant. Homerus teſtis, & Lyrici, Romanúſque Virgilius, & Horatii curioſa felicitas. Cæteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut viſam timuerunt calcare. Ecce belli ciuilis ingens opus quiſquis attigerit, niſi plenus literis, ſub onere labetur. Non enim res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longè meliùs hiſtorici faciunt, ſed per ambages, Deorumque miniſteria, & fabuloſum ſentētiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus, vt potiùs furentis animi vaticinatio appareat, quàm religioſæ orationis ſub teſtibus fides, tamquam ſi placet hic impetus, etiamſi nondum recepit vltimam manum.

De mutatione Reipubl. Romanæ.

Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terræ, qua ſidus currit vtrumque,
Nec ſatiatus erat, grauidis freta pulſa carinis
Iam peragrabātur: ſi quis ſinus abditus vltra,
Si qua foret tellus, quæ fuluū mitteret aurū,
Hoſtis erat: fatiſque in triſtia bella paratis
Quærebantur opes. non vulgo nota placebant

Gaudia: non vſu plebeio trita voluptas.
Aſſyria concham laudabat miles in vnda.
Quæſitus tellure nitor certauerat oſtro.
Hinc Numidæ cruſtas, illinc noua vellera Seres,
Atque Arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce alia clades, & læſa vulnera pacis.
Quæritur in ſiluis Mauri fera: & vltimus Ammon
Afrorum excutitur. ne deſit bellua dente
Ad mortes pretioſa ſuas, premit aduena claſſes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudēte cruorem.
Heu pudet effari, perituráque prodere fata?
Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Subripuere viros, exſectáque viſcera ferro
In Venerem fregere: atque vt fuga mobilis æui
Circūſcripta mora properantes differat annos,
Quærit ſe natura, nec inuenit. omnibus ergo
Scorta placēt, fractique enerui corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis.
Quæque virū quærunt. Ecce Afris eruta terris
Citrea menſa, greges ſeruorum, oſtrúmque renidens
Ponitur, ac maculis minitatur vilibus aure
Quæ turbant cenſum. hoſtile ac male nobile lignum
Turba ſepulta mero circumuenit: omniáque orbis
Præmia, correptis miles vagus extruit armis.
Ingenioſa gula eſt. Siculo ſcarus æquore merſus

Ad mēſam viuus perducitur, inque Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem. iam Phaſidos vnda
Orbata eſt auibus: mutoque in littore tantùm
Solæ deſertis adſpirant frondibus auræ.
Nec minor in cāpo furor eſt, emtique Quirites
Ad prædam, ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia Patrum:
Eſt fauor in precio, ſenibus quoque libera virtus
Exciderat, ſparſiſque opibus, conuerſa poteſtas,
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat.
Pellitur à populo victus Cato: triſtior ille eſt
Qui vicit, faſceſque pudet rapuiſſe Catoni.
Namque hoc dedecus eſt populi, morumque ruina.
Non homo pulſus erat: ſed in vno victa poteſtas,
Romanūque decus. quare tam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda.
Præterea gemino deprenſam gurgite prædam
Fœnoris ingluuies, vſuſque exederat æris.
Nulla eſt certa domus, nullum ſine pignore corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens hiris latrantibus errat.
Arma placent miſeris, detritaque commoda luxu
Vulneribus reparātur. inops audacia tuta eſt.
Hoc merſam cœno Romam, ſomnoque iacentem
Quæ poterant artes ſana ratione mouere,
Ni furor, & bellum, ferroque excita libido?

Tres tulerat Fortuna duces; quos obruit omnis
Armorum ſtrue diuerſa feralis Enyo.
Craſſum Parthus habet: Libyco iacet æquore Magnus:
Iulius ingratam perfudit ſanguine Romam.
Et, quaſi non poſſet tot Tellus ferre ſepulcra,
Diuiſit cineres. hos gloria reddit honores.
Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu,
Parthenopen inter, magnæque Dicarchidos arua,
Cocyta perfuſus aqua. nam ſpiritus extra
Qui furit effuſus funeſto ſpargitur æſtu.
Non hac autumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite lætus ager: non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, & nigro ſqualentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circumtumulata cupreſſu.
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora,
Buſtorum flammis, & cana ſparſa fauilla,
Ac tali volucrem Fortunam voce laceſſit:
Rerum humanarũ, diuinarumque poteſtas, Pater Ditis ad Fortunã
Fors, cui nulla placet nimiũ ſecura poteſtas,
Quæ noua ſemper amas, & mox poſſeſſa relinquis:
Ecquid Romano ſentis te pondere victam?
Nec poſſe vlterius perituram extollere molem?
Ipſa ſuas vires odit Romana iuuentus,
Et quas ſtruxit opes, malè ſuſtinet. aſpice latè
Luxuriam ſpoliorum & cenſum in damna furentem.
Ædificant auro, ſedéſque ad ſidera mittunt.
Expelluntur aquæ ſaxis: mare naſcitur aruis:
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
En etiam mea regna petunt. perfoſſa dehiſcit

Molibus inſanis tellus, iam montibus hauſtis
Antra gemunt: & dum varios lapis inuenit vſus
Inferni manes cœlum ſperare iubentur.
Quare age, Fors, muta paccatum in prœlia vultum.
Romanoſque cie, ac noſtris da funera regnis,
Iampridem nullo perfundimus ora cruore,
Nec mea Tiſiphone ſitientes perluit artus,
Ex quo Sullanus bibit enſis, & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.
Hæc vbi dicta dedit, dextra coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem ſoluit hiatu.
Tum Fortuna leui defudit pectore voces:
O Genitor, cui Cocyti penetralia parent:
Si modò vera mihi fas eſt impunè profari,
Vota tibi cedent ne; enim minor ira rebullit
Pectore in hoc, leuiorve exurit flāma medullas.
Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi.
Muneribuſque meis iraſcor. deſtruet iſtas
Idem, qui poſuit, moles Deus. & mihi cordi
Quippe cremare viros, & ſanguine paſcere luxum.
Cerno equidem gemina iam ſtratos morte Philippos,
Theſſaliæque rogos, & funera gentis Iberæ,
Et Lybiæ cerno, & tua Nile gementia clauſtra.
Iam fragor armorum trepidantes perſonat aures,
Actiacóſque ſinus, & Apollinis arma timentes.
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum,
Atque animas arceſſe nouas. Vix nauita Porthmeus

Digitized by Google

Sufficiet ſimulacra virûm traducere cymba,
Claſſe opus eſt, tuque ingenti ſatiare ruina
Pallida Tiſiphone, conciſaque vulnera mãde:
Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, quũ fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſóque abſcidit ignes.
Subſidit pater vmbrarum, gremióque reducto
Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.
Continuò clades hominum venturáque dãna
Auſpiciis patuere Deûm, namque ore cruento
Deformis Titan vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos exſtinxit Cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit. rupta tonabant
Verticibus laſſis montis iuga, nec vaga paſſim
Flumina per notas ibant morientia ripas.
Armorum ſtrepitu cælum furit, & tuba Martem
Sideribus tremefacta ciet: iamque Ætna voratur
Ignibus inſolitis, nec in æthera flumina mittit.
Ecce inter tumulos, atque oſſa carentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minantur.
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit;
Sanguineoque recens deſcendit Iuppiter imbre.
Hæc oſtenta breui ſoluit Deus. Exuit omnes
Quipqe moras Cæſar, vindictaque actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſuſtulit arma.
Alpibus aëriis, vbi Graio nomine, pulſa
Deſcendunt rupes, nec ſe patiuntur adiri,
Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc niue dura
Claudit hiems, canoque ad ſidera vertice tollit,
Cælum illinc cecidiſſe putes. non ſolis adulti

Digitized by Google

Manſueſcit radiis, non verni temporis aura:
Sed glacie concreta rigens, hiemiſque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.
Hæc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto,
Optauitque locum, ſummo de vertice montis
Heſperiæ campos latè proſpexit, & ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera, dixit:
Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia tellus
Armis læta meis, olimque onerata triumphis:
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere Martē,
Inuitas me ferre manus, ſed vulnere cogor,
Pulſus ab vrbe mea, dum Rhenum ſanguine tingo,
Dum Gallos iterum Capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo: vincendo, certior exſul:
Sāguine Germano, quinquagintaq. triūphis,
Eſſe nocens cœpi, quamquam quos gloria terret?
Aut qui ſunt, qui bella volunt? mercedibus emta,
Ac viles operæ: quorū eſt mea Roma nouerca,
Vt reor, haud impunè: nec hanc ſine vindice dextram
Vinciet ignauus. victores ite furentes,
Ite mei comites, & cauſſam dicite ferro.
Namque omnes vnum crimen vocat, omnibus vna
Impendet clades. reddenda eſt gratia vobis:
Non ſolus vici. quare? quia pœna tropæis
Imminet, & ſordes meruit victoria noſtra.
Iudice fortuna cadat alea. ſumite bellum,
Et tētate manus, certè mea cauſſa peracta eſt.
Inter tot fortes armatus neſcio vinci.
Hæc vbi perſonuit, de cælo Delphicus ales

Omina læta dedit, pepulitque meatibus auras.
Necnon horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolitæ voces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitor Phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus mouit Mauortia ſigna
Cæſar, & inſolitos greſſus prior occupat auſu.
Prima quidem glacies, & cana vincta pruina
Nō pugnauit humus, mitique horrore quieuit:
Sed poſtquam turmæ nimbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarū vincula rupit,
Incaluere niues, mox flumina montibus altis
Vndabant modò nata; ſed hæc quoque iuſſa putares:
Vinctaque mox ſtabāt, fluctus ſtupuere pruina,
Et paulò ante lues iam concidenda iacebat.
Tum verò malefida prius veſtigia luſit,
Decepitque pedes, paſſim turmæque virique,
Armáque congeſta ſtrue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concuſſæ flumine nubes
Exonerabantur, nec rupto turbine venti
Deerant, aut tumida confractum grandine cælum:
Ipſæ iam nubes ruptæ ſuper arma cadebant,
Et concreta gelu Ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti tellus niue, victáque cæli
Sidera, victa ſuis hærentia flumina ripis:
Nondum Cæſar erat: ſed magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
Qualis Caucaſea decurrens arduus arce
Amphitryoniades: aut toruo Iupiter ore,
Quum ſe verticibus magni demiſit Olympi,
Et periturorum diſiecit tela Gigantum.
Dum Cæſar tumidas iratus deprimit Alpes:

Et piratarũ ſcopulus : modo quem ter quãter,
Iuppiter horruerat : quem fracto gurgite Pon-
tus,
Et veneratus erat ſummiſſa Boſporus unda,
Pro pudor! Imperii deſerto nomine fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoque terga videret.
Ergo tanta lues Diuum quoque numina vi-
dit.
Conſenſitque fugæ cæli timor, ecce per orbem
Mitis turba Deum, terras exoſa furentes
Deſerit, atque hominum damnatum auerti-
tur agmen.
Pax prima ante alias, niueos pulſata lacertos
Abſcondit galea victum caput, atque relicto
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it, sũmiſſa Fides, & crine ſoluto
Iuſtitia, ac mœrens lacera Concordia palla.
At contrà, ſedes Erebi qua rupta dehiſcit,
Emergit latè Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusq; armata Megæra:
Lethũque, inſidiæque, & lurida Mortis imago
Quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum latè tollit caput, oraque mille
Vulneribus confoſſa cruenta caſſide velat.
Hæret detritus læua Mauortius vmbo,
Innumerabilibus telis grauis: atque flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra Deos, mutataque ſidera pondus
Quæſiuere ſuum: námque omnis Regia cæli
In partes diducta ruit: primùmque Dione
Cæſaris acta ſui ducit. comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens Mauortius ha-
ſtam,
Magnaque cũ Phœbo ſoror, & Cyllenia proles

Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.
Intremuere tubæ, ac ſciſſo diſcordia crine
Extulit ad ſuperos Stygiũ caput. huius in ore
Concretus ſanguis, contuſaque lumina flebãt.
Stabant ærati ſcabra rubigine dentes:
Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora,
Atque intertorto laceratam pectore veſtem
Sãguineã tremula quatiebat lãpada dextra,
Hæc vt Cocyti tenebras, & Tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Apennini,
Vnde omnes terras, atque omnia littora poſſet
Adſpicere, ac toto fluitantes orbe cateruas:
Atque has erumpit furibundo pectore voces:
Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma:
Sumite, & in medias immittite lampadas vrbes.
Vincetur quicunque latet: non fœmina ceſſet,
Non puer, aut æuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat Tellus, laceratáque tecta rebellẽt.
Tu legem Marcelle tene: tu concute plebem
Curio, tu fortẽ ne ſupprime Lentule Martem.
Quid porro tu Diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis,
Theſauróſque rapis? neſcis tu Magne tueri
Romanas arces? Epidauria mœnia quære,
Theſſalicóſque ſinus humano ſanguine tinge.
Factũ eſt in terris, quidquid Diſcordia iuſsit.

Encolp. Quum hæc Eumolpus ingenti volubilitate verborum effudiſſet, tandem Crotona intrauimus: vbi quidem paruo deuerſorio refecti, poſtero die amplioris fortunæ domum quærentes incidimus in turbam heredipetarum, ſciſcitantium quod genus hominum, aut vnde veniremus. Ex præſcripto ergo conſilij communis, exagge-

rata verborum volubilitate, vnde, aut qui eſſemus, haud dubiè credentibus indicauimus. Qui ſtatim opes ſuas ſummo cum certamine in Eumolpum congeſſerunt: certatim omnes muneribus gratiam Eumolpi ſollicitant. ***

Dum hæc magno tempore Crotonæ agũtur, & Eumolpus fœlicitate plenus prioris fortunæ eſſet oblitus ſtatum, adeò vt ſuis iactaret neminem gratiæ ſuæ ibi poſſe reſiſtere, impuneque ſuos, ſi quid deliquiſſent in ea vrbe, beneficio amicorum laturos. Cæterùm ego, etſi quotidie magis magiſque ſuperfluentibus bonis ſaginatum corpus impleueram, putabámque à cuſtodia mei remouiſſe vultum Fortunam: tamen ſæpius tam conſuetudinem meam cogitabam quàm cauſſam. &, Quid, aiebam, ſi callidus captator exploratorem in Africam miſerit, mendaciúmque deprehenderit noſtrum? Quid ſi etiam mercenarius præſenti felicitate laſſus indicium ad amicos detulerit, totámque fallaciam inuidioſa proditione detexerit? Nempe rurſus fugiendum erit, & tandem expugnata paupertas noua mendicitate reuocanda. Dij Deæque quàm malè eſt extra legem viuentibus! quicquid meruerunt ſemper expectant. *

Chryſis ancilla Circes ad Polienum.

Quia noſti Venerem tuam, ſuperbiam captas, vendiſque amplexus, non commodas. Quò enim ſpectant flexæ pectine comæ? quò facies medicamine attrita, & oculorum quoque mollis petulantia? quò inceſſus tutè compoſitus: & ne veſti-

gia quidem pedũ extra menſuram aberrantia, niſi quòd formam proſtituis vt vẽdas? Vides me? nec auguria noui, nec Mathematicorum cælum curare ſoleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo, & cum ſpatiantem vidi, quid cogites, ſcio. Siue ergo nobis vendis quòd peto, mercator paratus eſt, ſiue, quod humanius eſt, commodas, effice vt beneficium debeam. Nam quòd ſeruum te & humilem fateris, accendis deſiderium æſtuantis. Quædam enim fœminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut ſtatores altiùs cinctos, arenarius aliquas accendit, aut perfuſus puluere mulio, aut hiſtrio ſcenæ oſtentatione traductus. Ex hac nota domina eſt mea vſque ab orcheſtra quatuordecim tranſilit, & in extrema plebe quærit quod diligat. Itaque

Polyan. oratione blandiſſima plenus, Rogo, inquam, numquid illa, quæ me amat, tu es?

Chryſis. Multùm riſit ancilla poſt tam frigidum ſcema; & Nolo, inquit, tibi tam valde placeas: ego adhuc ſeruo numquã ſuccubui, nec hoc Dii ſinant, vt amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ, quæ flagellorum veſtigia oſculãtur: ego, etiam ſi ancilla ſum, nunquam tamen niſi in equeſtribus ſedeo.

Inueniat quod quiſque velit, non omnibus vnum eſt
Quod placet, hic ſpinas colligit, ille roſas.

Polyan. Mirari equidem tam diſcordẽ libidinem cœpi, atque inter mõſtra numerare, quòd ancilla haberet matronæ ſuperbiã, & ma-

trona ancillæ humilitatem. Procedētibus deinde longiùs iocis, rogaui ancillam vt in platanona produceret dominam. Placuit puellæ conſilium. Itaque collegit altiùs tunicam, flexitque ſe in eum daphnona, qui ambulationi hærebat. Nec diu morata, dominam producit è latebris, laterique applicat meo mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla vox eſt, quæ formam eius poſſit comprehendere: Quidquid dixero minus erit. Crines ingenio ſuo flexi, per totos ſeſe humeros effuderāt: frōs minima, & quæ radices capillorum retrò flexerat: ſupercilia vſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminū pæne permixta: oculi clariores ſtellis extra Lunam fulgentibus: nares paululùm inflexæ: & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit, Iam mētum, iam ceruix, iā manus, iam pedum cādor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor exſtinxerat. Itaque tunc primum Dorida vetus amator contempſi.

Quid factum eſt, quòd tu proiectis Iuppiter armis,
Inter cælicolas fabula muta taces?
Nunc erat à torua ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma canos diſsimulare tuos.
Hæc vera eſt Danae, tēta modò tangere corpus,
Iam tua flāmifero membra calore fluent.

Delectata illa riſit tam blandum, vt videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre. Mox digitis gubernantibus vocem, Si non faſtidis, inquit, fœminam ornatam, & hoc primum anno virum

Circe.

expertam cõcilio tibi, ô iuuenis, ſororem: habes tu quidem & fratrem, neque enim me piguit inquirere: ſed quid prohibet & ſororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantùm dignare & meum oſculum, cum libuerit, agnoſcere. Immò, inquam ego, *Polyæ.* per formam tuam te rogo, ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere: inuenies religioſum, ſi te adorari permiſeris. Ac, ne me iudices ad hoc templum amoris gratis accedere, dono tibi fratrem *Circe.* meum. Quid? inquit illa, donas mihi eum, ſine quo non potes viuere? ex cuius oſculo pendes? quem ſic tu amas, quemadmodum ego te volo? Hæc ipſa cùm diceret, *Polyæn.* tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertemtatum mulcebat aëra, vt putares inter auras canere Sirenum concordiam. Itaque miranti, & toto mihi cælo clariùs neſcio quid relucente, libuit deæ nomen quærere. *Circe.* Ita, inquit, non dixit tibi ancilla mea, me Circen vocari? non ſum quidem Solis progenies, nec mea mater, dum placet, labentis mundi curſum detinuit: habebo tamen quod cælo imputem, ſi nos fata coniunxerint. Immò etiam neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agit: nec ſine cauſſa Polyænon Circe amat. Semper inter hæc nomina fax ſurgit. Sume ergo amplexum, ſi placet. neque eſt quod curioſum aliquem extimeſcas. *Polyæ.* longè ab hoc loco frater eſt. Dixit hæc Circe, implicitúmque me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam.

Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens, cùm ſe confeſſo iunxit amori
Iuppiter, & toto concepit pectore flammas:
Emicuere roſæ, violæque, & molle cyperon,
Albáque de viridi riſerunt lilia prato:
Talis humus Venerem molles clinauit in herbas,
Candidiórque dies ſecreto fauit amori.

In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis luſimus, quærentes voluptatem robuſtam. * *

Circe. Quid eſt, inquit, numquid te oſculum meum offendit? numquid ſpiritus ieiunio acet? numquid alarum neglegens ſudor? Porro, ſi hæc non ſunt, numquid Gitona times?

Polyæ. Perfuſus ego rubore manifeſto, etiam ſi quid habueram virium perdidi, totóq; corpore velut laxato, Quæſo, inquã, Regina, noli ſuggillare miſerias: veneficio contactus ſum. *

Circe. Dic Chryſis, ſed verum, nunquid indecens ſum? numquid incompta? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco? noli decipere dominam tuam: neſcio quid peccauimus. Rapuit deinde tacenti ſpeculum: & poſtquam omnes vultus temtauit quos ſolet inter amantes riſus frangere, excuſſit vexatam ſolo veſtem, raptímque ædem Veneris intrauit.

Polyan. Ego contrà damnatus, & quaſi quodam viſu in horrorem perductus, interrogare animum meum cœpi an vera voluptate fraudatus eſſem.

Nocte ſoporifera veluti cùm ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſſaque protulit aurum

Digitized by Google

In lucem tellus, verſat manus improba fur-
tum,
Theſauróſque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè gra-
uatum
Excutiat gremium ſecreti conſciùs auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem.
Veráque forma redit, animus quod perdidit
optat,
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

* *

Giton. Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui lectulo iacuit. * *

Polyæn. Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſuntio, funerata eſt pars illa corporis, qua qnondam Achilles eram. * * Veritus puer ne in ſecreto deprehēſus daret ſermonibus locum, proripuit ſe, & in partem ædium interiorem fugit. * * Cubiculum autem meum intrauit Chryſis, codicillóſque mihi dominæ ſuæ reddidit, in quibus hæc erant ſcripta. CIRCE POLYAENO SALVTEM. Si libidinoſa eſſem, quererer decepta, nunc etiam languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutiùs luſi. quid tandem agas, quæro, & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici ſine neruis homines ambulare poſſe. Narrabo tibi adoleſcens, paralyſim caue, nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi. medius fidius iam periſti. Quòd ſi idem frigus genua manúſque tentauerit tuas, licet ad tubicines

mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi, homini tamen miſero non inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gitonem roga: recipies neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo ne quis inueniatur, cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuicium: Solent, inquit, hæc, fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lunam deducunt. * Chryſ.

Itaque huius quoque rei cura agetur, reſcribe modo blandius dominæ, animúmque eius candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. Libenter quidem parui ancillæ, verbáque codicillis talia impoſui: POLYAENOS CIRCAE SALVTEM. Fateor me, domina, ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum, & adhuc iuuenis: nunquam tamen ante hunc diem vſque ad mortem deliqui. Habes confitentem reum, quicquid iuſſeris, merui. proditionem feci, hominem occidi, templum violaui In hæc facinora quære ſupplicium. Siue occidere placet, ferro meo venio: ſiue verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. Illud vnū memento, non me, ſed inſtrumenta peccaſſe, paratus miles arma nō habui; quis hæc turbauerit, neſcio: forſitan animus anteceſſit corporis morā, forſitan dum omnia concupiſco, voluptatem tempore conſumpſi. nō inuenio quod fe- Polyæn.

In lucem tellus, verſat manus improba furtum,
Theſauróſque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè grauatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem.
Veráque forma redit, animus quod perdidit optat,
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

* *

Giton. Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui lectulo iacuit. * *

Polyæn. Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſentio, funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.* * Veritus puer ne in ſecreto deprehẽſus daret ſermonibus locum, proripuit ſe, & in partem ædium interiorem fugit. * * Cubiculum autem meum intrauit Chryſis, codicillóſque mihi dominæ ſuæ reddidit, in quibus hæc erant ſcripta. CIRCE POLYAENO SALVTEM. Si libidinoſa eſſem, quererer decepta, nunc etiam languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutiùs luſi. quid tandem agas, quæro, & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici ſine neruis homines ambulare poſſe. Narrabo tibi aduleſc
paralyſim caue, nunquam ego ægr
magno periculo vidi. medius
periſti. Quòd ſi idem frigr
núſque tentauerit tuas

mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem in-
iuriam accepi, homini tamen miſero non
inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gi-
tonem roga: recipies neruos tuos, ſi tri-
duo ſine fratre dormieris. nam quod ad
me attinet, non timeo ne quis inueniatur,
cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi,
nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intel-
lexit Chryſis me perlegiſſe totum conui-
cium: Solent, inquit, hæc, fieri, & præcipuè *Chryſ.*
in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lu-
nam dedúcunt. *

Itaque huius quoque rei cura agetur, re-
ſcribe modo blandius dominæ, ani-
múmque eius candida humanitate reſti-
tue. verum enim fatendum eſt, ex qua ho-
ra iniuriam accepit, apud ſe non eſt. Li- *Polyæn.*
benter quidem parui ancillæ, verbáque
codicillis talia impoſui: POLYAENOS
CIRCAE SALVTEM. Fateor me, do-
mina, ſæpe peccaſſe: nam & homo
ſum, & adhuc iuuenis: nunquam tamen
ante hunc diem vſque ad mortem de-
liqui. Habes confitentem reum, quic-
quid iuſſeris, merui. proditionem feci,
hominem occidi, [illegible] plum violaui. In
hæc facinora [illegible] licium. Siue oc-
cidere placet [illegible] io: ſiue verbe-
ribus conte [illegible] udus ad domi-
[illegible]. Illud [illegible] ſed in-
[illegible] ntra [illegible] ia nõ
[illegible] orſi-
[illegible] tem
[illegible] d fe-

Digitized by Google

In lucem tellus, verſat manus improba furtum,
Theſauróſque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè grauatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem.
Veráque forma redit, animus quod perdidit optat,
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

* *

Giton. Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui lectulo iacuit. * *

Polyæn. Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſuntio, funerata eſt pars illa corporis, qua qnondam Achilles eram. * * Veritus puer ne in ſecreto deprehẽſus daret ſermonibus locum, proripuit ſe, & in partem ædium interiorem fugit. * * Cubiculum autem meum intrauit Chryſis, codicillóſque mihi dominæ ſuæ reddidit, in quibus hæc erant ſcripta. CIRCE POLYAENO SALVTEM. Si libidinoſa eſſem, quererer decepta, nunc etiam languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutiùs luſi. quid tandem agas, quæro, & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici ſine neruis homines ambulare poſſe. Narrabo tibi adoleſc paralyſim caue, nunquam ego ægr magno periculo vidi. medius f periſti. Quòd ſi idem frigu núſque tentauerit tuas, li

mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi, homini tamen miſero non inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gitonem roga: recipies neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo ne quis inueniatur, cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuicium: *Chrys.* Solent, inquit, hæc fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lunam deducunt. *

Itaque huius quoque rei cura agetur, reſcribe modo blandius dominæ, animúmque eius candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. *Polyæn.* Libenter quidem parui ancillæ, verbáque codicillis talia impoſui: POLYAENOS CIRCAE SALVTEM. Fateor me, domina, ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum, & adhuc iuuenis: nunquam tamen ante hunc diem vſque ad mortem deliqui. Habes confitentem reum, quicquid iuſſeris, merui. proditionem feci, hominem occidi, ...plum violaui In
hæc facinora ... licium. Siue oc-
cidere placet, ... io: ſiue verbe-
ribus conte... udus ad domi-
... Illud ... e, ſed in-
...nta ... na nõ
... ſ q... orſi-
...ium ... orſi-
...uin ... tem
...po ... d fe-

In lucem tellus, verſat manus improba fur-
tum,
Theſauróſque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè gra-
uatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem.
Veráque forma redit, animus quod perdidit
optat,
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

* *

Giton. Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui lectulo iacuit. * *

Polyæn. Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſentio, funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.* * Veritus puer ne in ſecreto deprehēſus daret ſermonibus locum, proripuit ſe, & in partem ædium interiorem fugit.* * Cubiculum autem meum intrauit Chryſis, codicillóſque mihi dominæ ſuæ reddidit, in quibus hæc erant ſcripta. CIRCE POLYAENO SALVTEM. Si libidinoſa eſſem, quererer decepta, nunc etiam languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutiùs luſi. quid tandem agas, quæro, & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici ſine neruis homines ambulare poſſe. Narrabo tibi aduleſc paralyſim caue, nunquam ego ægr magno periculo vidi. medius f periſti. Quòd ſi idem frigus núſque tentauerit tuas, lic

mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi, homini tamen miſero non inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gitonem roga: recipies neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo ne quis inueniatur, cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuicium: *Chrys.* Solent, inquit, hæc fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lunam dedúcunt. *

Itaque huius quoque rei cura agetur, reſcribe modo blandius dominæ, animúmque ejus candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. *Polyæn.* Libenter quidem parui ancillæ, verbáque codicillis talia impoſui: POLYAENOS CIRCAE SALVTEM. Fateor me, domina, ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum, & adhuc iuuenis: nunquam tamen ante hunc diem vſque ad mortem deliqui. Habes confitentem reum, quicquid iuſſeris, merui. proditionem feci, hominem occidi, [illegible]plum violaui In hæc facinora q[illegible] [illegible]licium. Siue occidere placet, [illegible] [illegible]io: ſiue verberibus conte[illegible] [illegible]dus ad domi- [illegible] Illud [illegible] p[illegible]e, ſed in- [illegible]nta [illegible] na nõ [illegible] qu [illegible] otſi- [illegible]im [illegible] orſi- [illegible]um [illegible] tem [illegible]po [illegible] d fe-

Digitized by Google

expertam cōcilio tibi, ô iuuenis, ſororem. habes tu quidem & fratrem, neque enim me piguit inquirere: ſed quid prohibet & ſororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantùm dignare & meum oſculum, cum libuerit, agnoſcere. *Polya.* Immò, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere: inuenies religioſum, ſi te adorari permiſeris. Ac, ne me iudices ad hoc templum amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum. *Circe.* Quid? inquit illa, donas mihi eum, ſine quo non potes viuere? ex cuius oſculo pendes? quem ſic tu amas, quemadmodum ego te volo? *Polyan.* Hæc ipſa cùm diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertemtatum mulcebat aëra, vt putares inter auras canere Sirenum concordiam. Itaque miranti, & toto mihi cælo clariùs neſcio quid relucente, libuit deæ nomen quærere. *Circe.* Ita, inquit, non dixit tibi ancilla mea, me Circen vocari? non ſum quidem Solis progenies; nec mea mater, dum placet, labentis mundi curſum detinuit: habebo tamen quod cælo imputem, ſi nos fata coniunxerint. Immò etiam neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agit: nec ſine cauſſa Polyænon Circe amat. Semper inter hæc nomina fax ſurgit. Sume ergo amplexum, ſi placet. neque eſt quod curioſum aliquem extimeſcas. longè ab hoc loco frater eſt. *Polya.* Dixit hæc Circe, implicitúmque me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam.

Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens, cùm ſe confeſſo iunxit amori
Iuppiter, & toto concepit pectore flammas:
Emicuere roſæ, violæque, & molle cyperon,
Albáque de viridi riſerunt lilia prato:
Talis humus Venerem molles clinauit in herbas,
Candidiórque dies ſecreto fauit amori.

In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis luſimus, quærentes voluptatem robuſtam. * *

Circe. Quid eſt, inquit, numquid te oſculum meum offendit? numquid ſpiritus ieiunio acet? numquid alarum neglegens ſudor? Porro, ſi hæc non ſunt, numquid Gitona times? *Polyæ.* Perfuſus ego rubore manifeſto, etiam ſi quid habueram virium perdidi, totóq; corpore velut laxato, Quæſo, inquã, Regina, noli ſuggillare miſerias: veneficio contactus ſum. *

Circe. Dic Chryſis, ſed verum, nunquid indecens ſum? numquid incompta? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco? noli decipere dominam tuam: neſcio quid peccauimus. Rapuit deinde tacenti ſpeculum: & poſtquam omnes vultus temtauit quos ſolet inter amantes riſus frangere, excuſſit vexatam ſolo veſtem, raptímque ædem Veneris intrauit. *Polyan.* Ego contrà damnatus, & quaſi quodam viſu in horrorem perductus, interrogare animum meum cœpi an vera voluptate fraudatus eſſem.

Nocte ſoporifera veluti cùm ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſſaque protulit aurum

mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi, homini tamen miſero non inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gitonem roga: recipies neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo ne quis inueniatur, cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuicium: *Chrys.* Solent, inquit, hæc fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lunam deducunt. *

Itaque huius quoque rei cura agetur, reſcribe modo blandius dominæ, animúmque eius candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. *Polyæn.* Libenter quidem parui ancillæ, verbáque codicillis talia impoſui: POLYAENOS CIRCAE SALVTEM. Fateor me, domina, ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum, & adhuc iuuenis: nunquam tamen ante hunc diem vſque ad mortem deliqui. Habes confitentem reum, quicquid iuſſeris, merui. proditionem feci, hominem occidi, templum violaui In hæc facinora quære ſupplicium. Siue occidere placet, ferro meo venio: ſiue verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. Illud vnũ memento, non me, ſed inſtrumenta peccaſſe, paratus miles arma nõ habui; quis hæc turbauerit, neſcio: forſitan animus anteceſſit corporis morã, forſitan dum omnia concupiſco, voluptatem tempore conſumpſi. nõ inuenio quod fe-

Digitized by Google

ci. Paralyſin tamen cauere iubes, tamquã iam maior fieri poſſit, quæ abſtulit mihi, per quòd etiam te habere potui. Summa tamen excuſationis meæ hæc eſt: Placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris. Vale. Dimiſſa cum eiuſmodi pollicitatione Chryſide, curaui diligentiùs noxioſiſſimum corpus, balneóque præterito modica vnctione vſus, mox cibis validioribus paſtus, id eſt, bulbis, cochlearumque ſine iure ceruicibus, hauſi parcius merum. hinc ante ſomnum leuiſſima ambulatione cõpoſitus ſine Gitone cubiculum intraui. Tanta erat placandi cura, vt timerem ne latus meum frater cõuelleret. Poſtero die, cum ſine offenſa corporis animique conſurrexiſſem, in eundem platanona deſcendi, etiamſi locum inauſpicatum timebam, cœpique inter arbores ducem itineris exſpectare Chryſidem. Nec diu ſpatiatus conſederam, vbi heſterno die fueram, cùm illa interuenit, comitem aniculam trahens. Atque, vt me conſalutauit; *Chryſ.* Quid eſt, inquit, faſtoſe, ecquid bonam mentem habere cœpiſti? *Polyan.* Illa de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicémque vinxit meam. Mox turbatum ſputo puluerem medio ſuſtulit digito, frontémque repugnantis ſignauit. hoc peracto carmine, ter me iuſſit exſpuere, terque lapillos coniicere in ſinum, quos ipſa præcantatos purpura inuoluerat, admotiſque manibus temtare cœpit inguinum vires. Dicto citiùs nerui paruerunt imperio, manusque aniculæ ingenti motu repleuerunt.

Digitized by Google

uerunt. At illa gaudio exſultans, Vides, inquit, Chryſis mea, vides quòd aliis leporem excitaui. *

Dum viuis, ſperare licet: tu ruſtice cuſtos
Huc ades, & neruis tente Priape faue. * *
Nobilis æſtiuas platanus diffuderat vmbras,
Et circumtonſa trepidanti vertice pinus,
Et baccis redimita daphne, tremulaque cupreſſus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus. teſtis ſylueſter Iaſdon,
Atque vrbana Progne: quæ circum gramina fuſa,
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

Premebat illa reſoluta marmoreis ceruicibus aureum torũ, myrtóque florenti quietum verberabat. Itaque vt me vidit, paululum erubuit, heſternæ ſcilicet iniuriæ memor: deinde vt remotis omnibus ſecundùm inuitantem conſedit, ramum ſuper oculos meos poſuit, & quaſi pariete interiecto audacior facta: Quid eſt, inquit, paralytice, ec- *Circe.*
quid hodie totus veniſti? Rogas, in- Polyæn.
quam ego, potiùs quàm temtas? totoque corpore in amplexum eius immiſſus non precantis vſque ad ſatietatem oſculis fruor. * *

Ipſa corporis pulchritudine me ad ſe vocante trahebat ad Venerem, iam pluribus oſculis colliſa labra crepitabant, iam implicitæ manus omne genus amoris inuenerant, iã alligata mutuo ambitu corpora

Digitized by Google

animarum quoque mixturam fecerant.** Manifeſtis matrona contumeliis verberata, tandem ad vltionem decurrit, vocátque cubicularios, & me iubet ſaccato rigare. Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimã partem, ac me conſpui iubet. Oppono ego manus oculis meis nullisque precibus effuſis, quia ſciebam quid meruiſſẽ, verberibus ſputisque extra ianuam eiectus ſum. Eiicitur & Proſelenos, Chryſis vapulat, totáque familia triſtis inter ſe muſſat, quæritque quis dominæ hilaritatem confuderit. **

Itaq; penſatis vibicibus animoſior verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret, aut triſtior Giton. Quod ſolum igitur ſaluo pudore poteram, cõfingere languorem cœpi, conditusque lectulo, totum ignem furoris in eam conuerti, quæ mihi omnium malorum cauſſa fuerat.

Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior coliculi tepente thyrſo,
Ferrũ timui, quod trepido malè dabat vſum.
Nec iam poterã, quod modò conficere licebat.
Namque illa metu frigidior rigente brumâ
Confugerat in viſcera mille operta rugis.
Ita non potui ſupplicio caput aperire:
Sed furcifera mortifero timore laſus,
Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi.

Erectus igitur in cubitum, hac fere oratione contumacem vexaui: Quid dicis, inquam, omnium hominum Deorumque pudor? (nam nec nominare quidem te

Digitized by Google

inter res ſerias fas eſt.) Hoc de te merui, vt me in cælo poſitum ad inferos traheres? vt traduceres annos primo florentes vigore, ſenectæque vltimæ mihi laſſitudinem imponeres? Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde. Hæc vt iratus effudi:

Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat;
Nec magis incœpto vultũ ſermone mouetur,
Quàm lentæ ſalices, laſſove papauera collo.

Nec minùs ego tam fœda obiurgatione finita, pœnitentiam agere ſermonis mei cœpi, ſecretoque rubore perfundi, quòd oblitus verecũdiæ meæ, cum ea parte corporis verba contulerim, quàm nec ad cognitionem quidem admittere ſeuerioris notæ homines ſolent. Mox perfricata diutius fronte, Quid autem ego, inquam, mali feci, ſi dolorem meum naturali conuicio exoneraui? aut quid eſt, quod in corpore humano ventri maledicere ſolemus, aut gulæ, capitique etiam, cùm ſæpius dolet? quid? non & Vlyxes cum corde litigat ſuo? Et quidem tragici oculos ſuos tamquam audientes caſtigant. Podagrici pedibus ſuis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis: & qui offenderunt ſæpe digitos, quicquid doloris habent, in pedes deferunt.

Quid me conſtricta ſpectatis fronte Catones,
Damnatiſque nouæ ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet,
Quódque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia neſcit?

Digitized by Google

Quis vetat in tepido membra calere toro?
Ipſe pater veri doctus Epicurus in arte
Iuſſit, & hanc vitam dixit habere telos.

Nihil eſt hominũ inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeueritate ineptius. Hac declamatione finita, Gitona voco, &, Narra mihi, inquam, frater, ſed tua fide; ea nocte, qua te mihi Aſcyltos ſubduxit, vſque in iniuriam vigilauit: an contentus fuit vidua pudicaque nocte? Tetigit puer oculos ſuos, conceptiſſimiſque iurauit verbis ſibi ab Aſcylto nullam vim factam. * * poſitóque in limine genu, ſic deprecatus ſum numina verſu.

Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
Diuitibus ſyluis numen dedit, inclyta paret
Cui Lesbos, viridiſque Thaſos, quem Lydus adorat
Veſtifluus, templumque tuis imponit Hypæpis:
Huc ades, o Bacchi tutor, Dryadumque voluptas,
Et timidas admitte preces: non ſanguine triſti
Perfuſus venio; non templis impius hoſtis
Admoui dextram, ſed inops, & rebus egenus
Attritis, facinus non toto corpore feci.
Quiſquis peccat inops, minor eſt reus. Hac prece quæſo
Exonera mentem, culpæque ignoſce minori.
Et quandoque mihi fortuna adriſerit hora,
Nõ ſine honore tuũ patiar decus: ibit ad aras
Sancte tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & querulæ fœtus ſuis, hoſtia lactẽs,
Spumabit pateris hornus liquor: & ter ouantẽ
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

Dum hæc ago, ſolertique cura depoſito meo caueo, intrauit delubrũ anus laceratis crinibus atraque veſte deformis, extráque veſtibulum me iniecta manu duxit. *

Proſelenos anus. Quæ ſtriges comederunt neruos tuos? aut quod purgamentũ nocte calcaſti in triuio aut cadauer? Nec à puero quidẽ te vindicaſti: ſed mollis, debilis, laſſus, tãquam caballus in cliuo, & operã & ſudorem perdidiſti: nec contentus ipſe peccare, mihi Deos iratos excitaſti. *

Poly. ac me iterum in cællam ſacerdotis nihil recuſantẽ perduxit, impulitque ſuper lectum, & harundinem ab oſtio rapuit: iterúmque nihil reſpondentem mulcauit: ac niſi primo ictu harundo quaſſata verberantis impetũ minuiſſet, forſitan etiam brachia mea, capútque fregiſſet. Ingemui ego, vtique propter maſcarpionem, lacrymiſque vbertim manantibus obſcuratũ dextra caput ſuper puluinum inclinaui. Nec minùs illa fletu confuſa altera parte lectuli ſedit, ætatiſque longæ moram tremulis vocib. cœpit accuſare, donec interuenit ſacerdos:

Enthea. Quid vos, inquit, in cellã meam tamquam ante recens buſtum veniſtis? vtique die feriarum, quo etiam lugentes rident?

Proſel. O, inquit, ô Enthea; hunc aduleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt: nam neque puero, neque puellæ bona ſua vendere poteſt. Numquam tu hominem tam infelicem vidiſti: lorũ in aqua, non inguina habet. Ad ſummam, qualẽ putas eſſe, qui de Circes toro ſine voluptate ſurrexit?

Poly. His auditis Enthea, inter vtrunque conſedit,

Ent. motóque diutius capite, Iſtum, inquit, morbum ſola ſum quæ emendare ſcio. Et ne putetis perplexè agere, rogo vt aduleſcentulus mecum nocte dormiat, niſi illud tam rigidum reddidero quàm cornu.

Quicquid in orbe vides, paret mihi, florida tellus
Quum volo ſpiſſatis areſcit languida ſulcis:
Quum volo, fundit opes, ſcopulique atque horrida ſaxa
Niliacas iaculãtur aquas, mihi põtus inertes
Summittit fluctus: zephyrique tacẽtia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes: mihi flumina parent:
Hircanaque tygres, & iuſſi ſtare dracones.
Quid leuiora loquor? Lunæ deſcendit imago
Carminibus deducta meis, trepiduſque furẽtes
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantùm dicta valent. taurorum flamma quieſcit
Virgineis exſtincta ſacris: Phœbeia Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlyxis:
Proteus eſſe ſolet quidquid libet. his ego callẽs
Artibus, Idæo frutices in gurgite ſiſtam,
Et rurſus fluuios in ſummo vertice ponam.

Polya. Inhorrui ego tam fabuloſa pollicitatione
Proſel. conterritus, anúmque inſpicere diligen-
Polyan. tiùs cœpi. Ergo, exclamat, ô Enthea, imperio parete: deterſiſque curioſè manibus, inclinauit ſe in lectulum, ac me ſemel iterúmque baſiauit. Enthea menſam veterem poſuit in medio altari, quam viuis impleuit carbonibus, & camellam etiam vetuſtate rúptam pice temperata refecit. Tum clauum, qui detrahentem ſecutus

Digitized by Google

cùm camella lignea fuerat, fumoſo parieti reddidit: mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco adpoſuit: ſimulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad vſum repoſita, & ſincipitis vetuſtiſſima particula mille plagis dolata. Vt ſoluit ergo licio pannum, partem leguminis ſuper menſam effudit, iuſſitque me diligenter purgare. Seruio ego imperio, granáque ſordidiſſimis putaminibus veſtita curioſa manu ſegrego. At illa inertiam meam accuſans improba tollit, dentibúſque folliculos peritè ſpoliat, atque in terram veluti muſcarum imagines deſpuit. Mirabile quidem paupertatis ingenium, ſingularúmque rerum quaſdam artes.

Nō Indũ fulgebat ebur, quod inhæſerat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra
Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna
Impoſitum Cereris vacua nemus, & noua terra
Pócula, quæ facili vilis rota finxerat actu.
Hinc mollis ſtillæ lacus, & de caudice lento
Viminea lances, maculatáque teſta Lyæo:
At paries circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoque luto: clauus numerabat & annos.
Et viridi iunco gracilis pendebat harundo,
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo,
Conſeruabat opes humilis caſa, mitia ſorba
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et tymbra veteres, & paſſis vua racemis.
Qualis in Actæa quōdam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecale, quam Muſa loquentibus annis.

Digitized by Google

Battiadæ veteris mirando tradidit æuo. *

Dum illa carnis etiam paululum delibat, & coæquale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit, fracta eſt putris ſella, quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat, anumque ſuo pondere deiectam ſuper foculum mittit. frangitur ergo ceruix cucumulæ, ignémque modò conualeſcentem exſtinguit. vexat cubitum ipſa ſtipite ardenti, faciémque totam excitato cinere perfudit. Conſurrexi equidem turbatus, anumque non ſine riſu meo erexi: ſtatimque, ne res aliqua ſacrificium moraretur, ad reficiendum ignem in vicinia cucurri. vix ad caſæ oſtium proceſſeram, quum ecce tres anſeres ſacri, qui, vt puto, medio die ſolebant ab anu diaria exigere, impetum in me faciunt, fœdoque, ac veluti rabioſo ſtridore circumſiſtunt trepidantem. atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum reſoluit, ac trahit: vnus etiam, dux ac magiſter ſæuitiæ, non dubitauit crus meũ ſerrato vexare morſu. Oblitus itaque nugarum, pedem menſulæ extorſi, cœpique pugnaciſſimum animal armata elidere manu: nec ſatiatus defunctorio ictu, morte me anſeris vindicaui.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
Ad cælum fugiſſe reor, ſanieque fluentes
Harpyias, cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus inſolitis, confuſaque regia cæli.

Iam reliqui reuolutam, paſſimque per totum effuſam pauimentum collegerant

ſabam, orbatique, vt exiſtimo, duce, redierant in templum, quum ego præda ſimulatque hac vindicta gaudens, poſt lectum, occiſum anſerem mitto, vulnuſque cruris haud altũ aceto diluo. Deinde conuicium verẽs, abeundi formaui conſilium: collectoq. cultu meo ire extra caſam cœpi. Necdum libaueram cellulæ limen, quum animaduerto Entheã cum teſto ignis pleno veniẽtem. Reduxi igitur gradum, proiectáque veſte tamquam expectarem morantem, in aditu ſteti. Collocauit illa ignẽ caſſis harundinibus collectum, ingeſtiſque ſuper pluribus lignis excuſare cœpit moram, *Enthea.* quòd amica ſe non dimiſiſſet tribus niſi potionibus è lege ſiccatis. Quid porro tu, inquit, me abſente feciſti? aut vbi eſt faba? *Polyæ.* Ego, qui putaueram me rem laude etiam dignam feciſſe, ordine illi totum prælium expoſui, &, ne diutius triſtis eſſet, iacturæ penſionem anſerem obtuli. quum protuli anſerem, anus vt vidit, tam magnũ æquè clamorem ſuſtulit, vt putares iterũ anſeres limen intraſſe. Confuſus itaque & nouitate facinoris attonitus, quærebam quid excanduiſſet, aut quare anſeris potius quàm mei miſereretur. At illa cõploſis manibus, *Enthea.* Scelerate, inquit, etiam loqueris? neſcis quàm magnum flagitium admiſeris. Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis acceptiſſimũ. Itaque ne putes nihil egiſſe, ſi magiſtratus hoc ſcierint, ibis in crucem. Polluiſti ſanguine domicilium meum ante hunc diem inuiolatum, feciſtique, vt me quiſquis

voluerit inimicus ſacerdotio pellat.

Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos,
Conſecuitque genas, oculis nec defuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis
Quũ gelida periere niues, & languidus Auſter
Non patitur glaciem reſoluta viuere terra.
Gurgite ſic pleno facies manauit, & alto
Inſonuit gemitu turbatum murmure pectus.

Polya. Rogo, inquam, noli clamare: ego tibi pro anſere ſtruthiocamelum reddam. Dum hæc me ſtupente in lectulo ſedet, anſeriſque fatum complorat; interim Proſelenos cum impenſa ſacrificii venit, viſoque anſere occiſo, ſciſcitata cauſſam triſtitiæ, & ipſa flere vehementiùs cœpit, meíque miſereri, tamquam patrem meum, non publicum anſerem occidiſſem. Itaque tædio fatigatus, Rogo, inquam, expiare manus pretio licet, ſi vos prouocaſſem, etiãſi homicidium feciſſem? Ecce duos aureos pono, vnde poſſitis & Deos, & anſeres emere.

Enthea. Quos vt vidit Enthea, Ignoſce, inquit, aduleſcens, ſollicita ſum tua cauſſa: amoris eſt hoc argumẽtum, non malignitatis. Itaque dabimus operã, ne quis hoc ſciat. Tu modò Deos roga, vt illi facto tuo ignoſcant.

Quiſquis habet nũmos, ſecura nauiget aura,
Fortunámque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipſumque licebit
Acriſium iubeat credere, quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet omneis
Et peragat cauſſas, ſitque Catone prior.
Iuriſconſultus PARET, NON PARET, *habeto,*

Atque eſto quidquid Seruius & Labeo.
Multa loquor: quiduis nũmis præſẽtibus opta,
Eueniet. clauſum poſsidet arca Iouem.

*

Polyæ.

Infra manus meas camellam vini poſuit, & quum digitos pariter extenſos porris apióque luſtraſſet, auellanas nuces cũ precatione merſit in vinum: & ſiue in ſummum redierant, ſiue ſubſederant, ex hoc coniecturam ducebat: nec me fallebat, inanes ſcilicet, ac ſine medulla ventoſas nuces in ſummo humore conſiſtere, graues autem & plenas integro fructu ad ima deferri.

*

Recluſo pectore extraxit fortiſſimum iecur, & inde mihi futura prædixit. Immò, ne quod veſtigium ſceleris ſupereſſet, totum anſerem laceratum verubus confixit, epuláſque etiam lautas paulò antè, vt ipſa dicebat, perituro parauit. Volabant inter hæc potiones meracæ.

Profert Enthea ſcorteum faſcinum, quod vt oleo & minuto pipere atque vrticæ trito circumdedit ſemine, paulatim cœpit inſerere ano meo. Hoc crudeliſſima anus ſpargit ſubinde humore fœmina mea. Naſturtii ſuccum cum abrotono miſcet, perfuſiſque inguinibus meis viridis vrticæ faſcem comprehendit, omniáque infra vmbilicum cœpit lenta manu cædere.

Aniculæ, quamuis ſolutæ mero ac libidine eſſent. eandem viam temtant, & per aliquos vicos ſecutæ fugientem, Prehende furem, clamant. Euaſi tamen omnibus

digitis inter præcipitem decurſum cruentatis.

*

Chryſ. Chryſis, quæ priorem fortunã tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis perſequi deſtinat.

*

Polya. Quid huic formæ aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? quid contra hanc Helene, quid Venus poſſet? Ipſe Paris Dearum libidinantium iudex, ſi hanc in comparatione vidiſſet tam petulantibus oculis, & Helenem huic donaſſet, & Deas. Saltem ſi permitteretur oſculum capere, ſi illud cæleſte ac diuinum pectus amplecti, forſitan rediret hoc corpus ad vires, & reſipiſcerent partes veneficio, credo, ſopitæ. Nec me contumeliæ laſſant: quòd verberatus ſum neſcio: quòd eiectus ſum, luſum puto, modò redire in gratiam liceat.

*

Torum frequẽti tractatione vexaui, amoris mei quaſi quandam imaginem.

*

Non ſolùm me numen, & implacabile fatum
Perſequitur. priùs Inachia Tyrinthius ira
Exagitatus, onus cæli tulit: ante prophanam
Iunonem Pelias, ſenſit: tulit inſcius arma
Laomedon, gemini ſatiauit numinis iram
Telephus: & regnum Neptuni pauit Vlyxes.
Me quoque per terras, per cani Nereos æquor
Helleſpontiaci ſequitur grauis ira Priapi.

*

Giton. Quærere á Gitone meo cœpi, num aliquis me quæſiſſet. Nemo, inquit, hodie; ſed heſterno die mulier quædam haud inculta ianuam intrauit: quumque diu

mecum eſſet locuta, & me accerſito ſermone laſſaſſet, vltimò cæpit dicere, te noxam meruiſſe, daturúmque ſeruiles pœnas, ſi læſus in querela perſeueraſſet. *

Nondum querelam finieram, cùm Chryſis interuenit, amplexúque effuſiſſimo me inuaſit, &, Teneo te, inquit, qualem ſperaueram: tu deſiderium meum, tu voluptas mea,, nunquam finies hunc ignem, niſi ſanguine extinxeris. * Polyæ. Chryſ.

Vnus ex nouitiis ſeruulis ſubitò accucurrit, & mihi dominum iratiſſimum eſſe affirmauit, quod biduo iam officio defuiſſem: rectè ergo me facturum, ſi excuſationem aliquam idoneam præparaſſem. Vix enim poſſe fieri, vt rabies iraſcentis ſine verbere conſidat. * Poly.

Matrona inter primas honeſta, Philumene nomine, quæ multas ſæpe hereditates officio ætatis extorſerat, tum anus & floris exſtincti, filium filiámque ingerebat orbis, ſenibus, & per hanc ſucceſſionem artem ſuam perſeuerabat extendere. Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos ſuos eius prudentiæ, bonitatíque credere ſe & vota ſua. Illum eſſe ſolum in toto orbe terrarum, qui præceptis etiam ſalubribus inſtruere iuuenes quotidie poſſet. Ad ſummam, relinquere ſe pueros in domo Eumolpi, vt illum loquentem audirent, quæ ſola poſſet hereditas iuuenibus dari. Nec aliter fecit ac dixerat, filiámque ſpecioſiſſimam cum fratre ephebo in cubiculo reliquit, ſimulauítque ſe in templum ire ad vota nuncupanda. ſu-

molpus, qui tam frugi erat, vt illi etiam ego puer viderer, non diſtulit puellam inuitare ad Pygeciaca ſacra. Sed & podagricum ſe eſſe, lumborúmque ſolutorum omnibus dixerat, & ſi non ſeruaſſet integram ſimulationem, periclitabatur totam penè tragœdiam euertere. Itaque, vt conſtaret mendacio fides, puellam quidem exorauit, vt ſederet ſupra commendatam bonitatem: Coraci autem imperauit, vt lectum, in quo ipſe iacebat, ſubiret, poſitiſque in pauimento manibus, dominum lumbis ſuis commoueret. Ille lento parebat imperio, puellæque artificium pari motu remunerabat. Cùm ergo res ad effectum ſpectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, vt ſpiſſaret officium. Sic inter mercenarium amicámque poſitus ſenex, veluti oſcillatione ludebat. Hoc ſemel iterúmque ingenti riſu, etiam ſuo, Eumolpus fecerat. Itaque ego quoque, ne deſidia conſuetudinem perderem, dum frater ſororis ſuæ automata per cloſtellum miratur, acceſſi temtaturus an pateretur iniuriam. Nec ſe reiiciebat à blandiciis doctiſſimus puer, ſed me numen inimicum ibi quoque inuenit. *

Dii maiores ſunt, qui me reſtituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere & reducere ſolet, ſuis beneficiis reddidit mihi quod manus irata præciderat, vt ſcias me gratioſiorem eſſe quàm Proteſilaum, aut quemquam alium antiquorum. Hæc locutus ſuſtuli tunicam, Eumolpóque me totum approbaui. A

Digitized by Google

ille primò exhorruit: deinde, vt plurimum crederet, vtraque manu Deorum beneficia tractat.

*

Socrates Deorum hominúmque iudicio ſapiētiſſimus gloriari ſolebat, quòd numquam neque in tabernam conſpexerat, nec vllius turbæ frequentioris concilio oculos ſuos crediderat. Adeò nihil eſt commodius quam ſemper cum ſapientia loqui. Omnia, inquam, iſta vera ſunt: nec vlli enim celeriùs homines incidere debent in malam fortunam, quàm qui alienum concupiſcunt. Vnde plani autem, vnde leuatores viuerent, niſi aut locellos, aut ſonantes aëre ſacellos pro hamis in turbam mitterēt? Sicut muta animalia cibo ineſcantur: ſic homines non caperentur ſpe, niſi aliquid morderent.

* * *

Ex Africa nauis, vt promiſeras, cum pecunia tua, & familia tua non venit. Captatores iam exhauſti liberalitatem imminuerunt. Itaque aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiā ſuam. Poly.

* *

Omnes qui in teſtamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient quæ dedi, ſi corpus meum in partes conciderint, & aſtante populo comederint. Apud quaſdam gentes ſcimus adhuc legem ſeruari, vt à propinquis ſuis conſumātur defuncti, adeò quidem vt obiurgentur ægri frequēter, quòd carnem ſuam faciant peiorem. His admone amicos meos, ne recuſent quæ iubeo, Eumolp.

ſed quibus animis deuouerunt ſpiritum meum, eiſdem etiam corpus conſumant.

Poly. Excæcabat ingens fama oculos, animóſque miſerorum,

Gorgias paratus erat exſequi. *

De ſtomachi tui recuſatione non habeo quod timeam. ſequetur imperium, ſi promiſeris illi pro vnius horæ faſtidio multorum bonorum penſationem. Operi modò oculos, & finge te non humana viſcera, ſed centies ſeſtertium comeſſe. Accedet huc, quòd aliqua inueniemus blandimenta, quibus ſaporem mutemus. Neque enim vlla caro per ſe placet, ſed arte quadam corrumpitur, & ſtomacho conciliatur auerſo. Quòd ſi exemplis vis quoque probari conſilium, Saguntini oppreſſi ab Hannibale, humanas edere carnes: nec hereditatem expectabant. Petilini idem fecerunt in vltima fame, nec quicquam aliud in hac epulatione captabant, niſi tantum ne eſurirent. Cùm eſſet Numantia à Scipione capta, inuentæ ſunt matres, quæ liberorum ſuorum tenerent ſemeſa in ſinu corpora.

IN T. PETRONII ARBITRI SATYRICON.

IO. BOVRDELOTII Commentarius.

NON ALIO GENERE FVRIARVM] Inuida temporis malignitas Petronio Arbitro multa ſurripuit, fortuna in eo corrumpẽdo mimũ ſuum egit, tineæ blattæque certatim dilacerarunt; eiurarunt ſuperciliosi, vetuſtas obtruncauit. Pag. 1. lin. 1.

Pentheum diripuiſſe aiunt Bacchas, nugas maximas

Fuiſſe credo praut quo pacto.

Talium liuor animalium politiſſimum atque cultiſſimum elegantiarum Arbitrum diſtulit. Quid illi vel quâ potiſſimum parte pars eius maior & melior exciderit, incertum: A principio vulgari & ſuperſtite partem declamationis & fortean frontem totius maledicentiæ periiſſe, certiſſimum. hinc fit & auulſo capite dignoſci nequeat.

Pauca tamē remanēt priſca veſtigia formæ. Ǒ enim *Inquietantur*, digitus eſt ad fontem. Agebat declamator ille procul dubio de ſomniis quibuſdam turbulentis & inquietis quorum cauſâ furiarum ſpecies viſæ. Igitur cum dicit, *alio genere furiarum inquietantur*, vult intelligi genere ſecundo, quod ex ſequentibus facilè cuiuis ſuadebo. Varro *Eumenidib.* furiarum genus triplex ſtatuit.

Videmus populum furiis inſtinctum tribus. Agam de primo & ſecundo genere, Sed (quod in præfatione monui) breuiter & expeditè. Primi generis nomina decantata. Officium eſt apud Græcos ἐλαύνειν, apud Latinos *agitare* Nec, niſi temerè, officiũ illud ſecundo tribuitur generi Æſchyl. paſſim *Eumenidib.* Lucia. In *Philopſeud.* ſicà me nuper emendatus ἀλλά με ὥσπερ Ἐριννύς ἐξήλαυνε. Syneſ. *de Inſomniis*, Heliod. lib. 1. quo loci multa. Sic, *furiis agitatus Oreſtes* &, *ſanis agitatus Oreſt.* & alia ex Latinis exempla quæ ad Heliod. Secundi generis nomina mille à Lucia. loc. cit. recenſita & ab Heſych. Verbo Μορμὼ ſic enim ibi ſcribend. Plutarch. Species illas vocauit φάσματα δαιμόνων ἀλλόκοτα. Ælia. *Var* cap. 29. lib. 9 Ἐριννύων πρόσωπα, Athen. l. 4. νυκτιπερινοὺς φόβους, qualis eſt Empuſa. Heſych. Ἔμπουσα, φάσμα δαιμονιῶδες ὑπὸ Ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον, καὶ ὥς τινες ἑνὶ ποδὶ χρώμενον, Ἀριστοφάνης δὲ τὴν Ἔμπουσαν ἔφη Ἑκάτην ſic leg. Vide hac in voce Harpocr. ἑνὶ ποδὶ intelligit φάσμα μονόκνημον, λίαν ... de quo ali-

bi. vide interim Etymol. v. Ἔμπουσα. Laudat inſuper Ariſtophanem in *Ranis* (vt puto) Act. 1. Sc. 6. qui hæc ſpectra vocat etiam ἑκαταῖα de quibus copioſè interpr. *Apol.* ad 3. *Argon.* Scholiaſt. Sophocl. ad Aiac. flag. Syneſ. loc. cit. Porphyr. apud Theodoret. ſerm. 3. Cornel. Celſ. c. 18. lib. 3. Hæ furiæ Latinis imagines, labra Dianæ, omina, viſa, &c. Feſt. Macrob. Martian. apud Græcos officium eſt ταράττειν hinc ταραχώδη φάσματα apud Cl. Alex. & Æl. loc. cit. ſic. Pſal. φόβοι φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με. Hippocr. de Nat. mul. Lucia. 2. Ver. hiſt. Cedr. lib. 3. apud Latinos *turbare, inquietare*, vt patet apud Plin. Suet. Diuos Cyprian. Auguſt. M. fœlicem. His varia ſacrificia. Primo generi ex Orpheo nota. Secundo *catulus* περισκυλακισμὸς de quo Plutarc. in Romulo. Huius ſacrificii tres præcipuæ aſſignantur cauſæ, primam adducit Sophr. in Mimis ὅτι κύων βαΰζας λύει τὰ φάσματα, apud Lycoph. hinc eidem Lycophroni Hecate dicitur κυνοσφαγὴς, huc traho Theocriti verſum Idyll. β.

> Τᾷ χθονίᾳ Εκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι.
>
> *Terrenæque Hecatæ quam pertimuere catelli.*

Hinc Hecuba dicta Ἔμπουσα, & Hecate quod in canem mutata fuiſſet, poſt captã Troiam vt patet verſibus Simiæ Rhodii. Secundam cauſam adfert Ariſtophanes loc. cit. Tertiam vide apud Eſych. v. ἄγαλμα Εκάτης. Tertium genus furiarum

Digitized by Google

Ignominiam vocat Varro loc. laudato. Comparabat igitur Petron. æui ſui declamatores cum re aliqua officii huius generis, ſecundi, ſed, vt dixi, excidit. Vt obſcuro loco lucem aliquam darem, hæc omnia verboſiùs proſequutus ſum, in reliquis breuem me polliceor.

lin. 2. *Declamatores qui clamant*] hic πρὸς ἔτυμον luſus ita frequens eſt vt exempla referendo fraus inſtituto fieret. Qui nunc declamator, olim clamator, æuo delicatiori, *declamare* Rhetoris & Sophiſtæ; *clamare*, vulgi. Aſcon. Ad 3 *Verr.* Talis differentia inter eloquentiam & loquentiam de qua Iul. Candidus apud Plin *Epiſt.* 20. lib. 5. Iſidor. lib 10. Tangit hoc diſcrimen M. Tull. In *Bruto* & Senec. 1. *Controuerſiar.* apud quos malè reſcribunt *declamare.*

lin. 3. *Hac vulnera.*] Quàm magni momenti fuerint hæ vulnerum notæ, ad commouendos videntium animos, docet Gell. cap. 27 lib. 1. Ælia Var. cap. 19 lib. 5. hinc Coclites, Scæuolæ, &c. Duplex ratio vulneris pro rep ſuſcepti oſtendendi prior, quia illi ex publico alebantur. Plutarch. in Solon. vt & deffunctorum filii. Ariſtot. 2. Politic. poſterior. mera oſtentatio, vt hoc loci, quæ tamen habuit aliquid ponderis.

lin. 5. *Hunc oculum.*] Legēd Iuſtin lib. 7. quem tranſcripſit Solin. cap. 14. Ælia. hiſt. animal. cap. 7. lib 9

lin. 6. *Date mihi ducem*] ὅμηρον de quo Theopompus Hac de re caput ſingulare in lectionibus noſtris.

Nam ſucciſi poplites.] Vt fuga ſcinderetur, ſolebant victores victis poplites ſcindere. Liui lib. 2. Val. Max. cap. 2. lib. 9. Plin. c. 7. lib. 8 A. Marcellin. lib. 17. Zonar. lib. 1. Archilochus laudatus à Plutarch. in *Galb.* Æſchyl. in *Perſ.* Sic apud Polybium κολοβώσαντες δὲ καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη. Græci vocant ἀγκυλοκοπεῖν, doctores ſacri ἐκνευρίζειν. Quod etiam vltimum notauerat princeps in hac militia Ioſeph. Scal. ad Catull. Nec ſolum pedes, ſed & manus etiam ſolebant ἀκρωτηριάζειν. patet litteris ſacris, vt *Iudic.* cap 1. Ead. lex Scytharum. patet apud Lucia. Toxar. Sic Athenienſes ἐψηφίσαντο Αἰγινήταις μὲν ἑκάστου τὸν μέγαν ἀποκόψαι τῆς χειρὸς δάκτυλον τῆς δεξιᾶς. Ælia. Var. cap. 9. lib. 2. Cic. 3. de *Off.* Hos Latini *murcos* iocülariter vocant. A. Marcellin. lib. 15. Atque hoc Athenienſes ex decreto Philoclis, vt teſtatur Plutarch. In *Lyſand.* Ælia. loc. cit. qui decreti cauſam reddunt, quam tangit Q. Curt. lib. 5. Euſtat. ad *Moral. Ariſt.* cap. 1. lib. 3. Nicet. In *Andronic.* à trunco pollice Galli deriuamus *poltron.* vt qui detrectant militiam apud Suet. Belli ferocia traducta à iumentis ad homines *Samuel* cap. 9. lib. 2. lin. 8.

Nunc & rerum tumore.] Tangit argumenta & theſes, de quibus antea. Igitur malè qui reſcribunt *Verborum*, pro rerum vel verborum tumore ſimpliciter tumorem dixerunt Iuſtin lib. 11. Arnob. lib. 2. Caſſiod. *Præfat.* lib. 1. Gerbert. *Epiſt.* 32. lin. 10.

legend ἐκ στροβίλου Alexand. Trallia. lib. 9. cap. περὶ τράγημ. ἁρμόζει τύχοις τὰ ἀμύγδαλα προσφέρειν καὶ μάλιστα τὸν χυλὸν αὐτῶν πρὸς λαμβάνοντα ὀλίγου μέλιτος καὶ πεπέρεως. Græci globulos illos ὄπτυς propriè vocant, I, vt interpretatur Tzetz. *ad Lycophr.* πυροὺς μέλιτι βεβρεγμένους: πυραμοῦς vocat Ariſtophan. *Equit.* vbi copioſè Scholiaſt Heſych. vocare videtur ταγήνια apud quem ταγήνια πεμμάτια τηγάνων, οἱ δὲ στέαρ ὑγρὸν ἐπιχεόμενον τηγάνῳ, ᾧ περιβάλλεται μέλι σησάμη τυρός. de hac dictione dixi ad Lucia Quomodo coquerentur docet Varro. 4. *de Ling. Lat.* accedebant globuli illi πρὸς μελιτοῦσαν, ἢ μάζαν μέλιτι δεδευμένην de quâ Scholiaſt. Ariſtopha. ad *Nub.* & nos alibi.

Quaſi papauere.] Quidam reponunt *pipere* quam correctionem firmat locus Alexand. Trall. quem ſuperius attuli. Mſſ. tamen τὸ *papauere* retinent, lege Marcil. ad horat. qui lectionem hanc confirmat autoritate Dioſcoridis, in quo Dioſcoride hæc inſuper notanda ſunt, veteres vſos papauere pro ſeſamo, ad quod reſpexit Petron. Legend. Theophraſt. cap. 13. lib 9. Galen. *ſimp. medicam.* lib. 6. Dioſcorid. cap. 59. lib. 4. à quibus diſces papauer illud non eſſe quoduis, ſed erraticum. *lin. 24.*

Et ſeſamo.] In mellitorum globulorum compoſitione vtebantur ſeſamo poſtquā imbutum erat generoſo vino. Nicand. *Alexiphar.* *lin. ead.*

Πολλάκι σήσαμα κύψει. πόρθις δ' ἐν νέκταρι καὶ τά.

Seſama ſic præparata in vſu maximo fuiſſe docet Galen. lib. 1. *De aliment. facult.* Theophraſt. cap. 18. lib. 1. Dioſcorid. cap. 91. lib. 2. interpres Ariſtophan. multis locis. ob hũc vſum fuere in deliciis ſeſamides placentæ, ſiue σησαμαῖος πλακοῦς de quo Lucia *Piſcat.* Has placentas cum mellitis globulis confundere videtur Athenæ. apud quem Iatrocles cap. 18. lib. 14. σησαμίδες ἐκ μέλιτος καὶ σησάμου πεφρυγμένου καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. Hæc bellaria πάστα vocat Heſych. πάστα, βρῶμα, ἐκ πυροῦ ἀτάκτου, μετὰ σεμιδάλεως καὶ σησαμοῦ, σκευαζόμενον, οἱ δὲ ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον. Copioſè Schol. Ariſtoph. ad *Acharn* Act. 4. Sc. 7 & Lucia. *Lapith.* ναστὸν idē fere ac πάστα facit Tzetz. ad *Lycophr.* nam ναστὸν interpretatur συζυμωθέντα μετὰ μέλιτος καὶ σταφίδων καὶ ἑτέρων εἰδῶν ἄρτον. Locum autem Petronii expoſuit rectè Tzetz. frater Iambic. verſib. contra Procli ἄλιμον ad Heſiod.

Τεμόντε λεπτὰ συμφυράσας σησάμῳ
Μέλιτε μίξας καὶ τὸ μήκωνος δάκρυ.

Plaut. *Pænul.* Act. 1. Sc. 1.

Seſamum papaueremque triticum & frictas
nuces.

p. 2. lin. 1 *Qui in culina habitant*] hic locus ex Plautina imitatione *Moſtell.* Act. 1. Sc. *Iampridē.*

Vbi ſeſe ſudor cum vnguentis conſociauit, illico
Itidem olent quaſi cum multa iura confundit coquos
Quid oleas neſcias, niſi id vnum, vt malè olere intelligas.

Peſſimè quicumque iſti qui culinam hic

ſpurcè latrinam interpretantur.

Corpus orationis.] Sic apud Symmach. Epi. 29. lib. 4. *In ipſo corpore orationis.* Sic *ſanguis* & *nerui* orationis, apud Fabium cap. 1. lib. 10. paſſim in Rhetoric. Cicero & Cornif. *lin. 5.*

Cum Sophocles & Euripides.] Sic iuncti apud Lucia. de Merced. conduct. An Petronianũ ſit *continebantur* quod reponit Stuuart. valde dubito, *contineri* verò & Ciceronianum & aliorum minime negandum. *lin. 7.*

Ingenia deleuerat.] Nec ſenſus nec ratio ſana reſcribentium *dolauerat*, patet legenti. De vmbratico ſtudio, Iuuenal. *lin. 10.*

Grandis & pudica] priorem partem explicat Plin. Epiſt. 20. lib. 1. Ex Cicero. de Clar. Orat. poſteriorem Gellius cap. 14. lib. 7. *lin. 16.*

Nuper ventoſa.] Eadem apud Cornific. lib. 4. Prudent. aduerſus Symmach. lib. 2. Coripp. lib. 3. Saresber. *Epiſt.* 176. traductũ à ſuperbis veſicarum in modum tumentibus. Plin. *Grat. Act. ad Traian.* Plutarch. in *Themiſt.* Senec. cap. 6. lib. 1. *De ira* Perſ. *Sat.* 3. & 5. Phædrus *fab.* 3. lib. 1. *lin. 19.*

Enormis loquacitas.] Explicat L. Senec. apud Gell. c. 2. lib. 12. Fulgent cap. 7. lib. 3. *ead.*

Athenas ex Aſia] patet apud Lucia. De Gymnaſ. Auſo. *Numer. Ternar.* Quidam ob hanc Atticorum loquacitatem eos ideo dictos τεττιγοφόρους aſſerunt vt Io. Tzetz. *hiſt.* 301. *Chiliad* 10. *lin. 20.*

Καὶ ὅτι λάλοι τέττιγες καταδήλον τοῖς πᾶσι·
Οἱ Ἀττικοὶ ὁμοίως δὲ πάλιν τοὺς μακρηγόρων

Alias alii adferunt rationes quas profert V. C. Io. Sauaro. ad Sidon. *Epiſt.* 6. lib. 8. Eleganter autem non ſuo more Tzetz. loc cit. dixit Atticos non Athenienſes. Apponit differentiam Arthemidor. Mſſ. In fragmento Geographiæ τῶν δὲ ἐνοικούντων, οἱ μὲν Ἀττικοί, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ περιέργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Tangit hanc differentiam Lucia. De Saltat. hanc ſæpe negligunt alii.

lin. 22. *Sydere afflauit.*] Tangit Græcorum ἀστροβολισμὸν, de quo Ariſtotel. Theophraſt. Hippocrat li. de Glandul. & lib. de Morb. hoc Latini dicũt *afflare.* Virg. 2. Æn. Ouid. Triſt. Eleg. 8. lib. 1. Luca. lib. 6. Suet. Tiber. cap. 69. Claudia. 1. de rap. Proſerp. Spartia. Adriano. Sido. Apollin. Epiſt. 10. lib. 1. Coripp. lib. 2 Solin. cap. 30. Prudent. hymno Ieiunantium, Oroſ. cap. 18. lib. 5. Hygin. fab. 30.

lin. 24. *Quis poſtea ad ſummam.*] Imitatus eſt hunc locum Auſo. Epiſt. 4. *Quis ita ad Æſopi venuſtatem, quis ad ſophiſticas Iſocratis concluſiones, quis ita ad enthymemata Demoſthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem noſtri Maronis accedat?*

lin. 25. *Hyperidis ad famam.*] Tangit Cicer. in *Bruto.* Laudat Hyperidem Plin. *Epiſt.* 20. lib. 1. Damnat Athenæus cap. 6. lib. 8. Demonax apud Lucia. Ratio differentiæ eſt in Encomio Demoſthenis, autoris, vt dixi, incerti apud Lucia.

Digitized by Google

Sani coloris.] Sic Mſſ. & ratio. fruſtrâ qui ſubſtituunt caloris. *lin. 26.*

Eodem cibo] ἀνιμφολίῳ ſcilicet. Imitatus eſt hunc locum D. Auguſtin. *De verbo Domini,* ſerm. 2. *lin. 27.*

Ægyptiorũ audacia.] Legend. Plin. cap. 3. lib. 35. *lin. 30.*

Compendiariam] Contra Plinium, veritatem rei, & Mſſ. faciunt qui reponunt *compendiaiam.* *lin. 31.*

Non eſt paſſus Agam.] Agamemnonis magiſtri hæc Suaſoria, contraria declamationi præcedenti. *Declamatio* in Ludi magiſtros, *ſuaſoria* in parentes & auditores. *lin. 32.*

Non publici ſaporis] vt apud Iuuenal. *Sat.* 7. *publica vena.* Contrà Petro. poſtea *ſapere plebeium.* Habere autem ſermonem non publici ſaporis eſt ἐπιρμύρα φρονεῖν, Attici dicũt ὀσχύλεαδῆ Erotian. de dictionib. Hippocr. ὀσχύλεαδῆ μὲν Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ μέγα καὶ ἐπιρμύρα φρονεῖν. Hanc vocem & legit & intelligit aliter Suidas, neſcio an vtrumque rectè. *lin. 36.*

Nam niſi dixerint] fit orator ille particeps characteris adulatorii de quo Theophraſt. περὶ κολακείας. Itaque hic iuncti poſtea Rhetores & adulatores, vt apud Thucydid. lib. 3. Plutar. de diſcrimine amici & adulatoris. *p. 3. lin. 5.*

Gratiſſimum auribus.] Sic omnes libri Mſſ. confirmat Plin. Epiſt. 5. & 19. lib. 2. Symmach. Epiſt. 10. lib. 5. Attius apud Marcell. *nec aures tuas exiſtumes lactare blanditiis.* Nicol. apud Stobæ. ſerm. 14. qui hunc *lin. 9.*

Digitized by Google

Petronii locum rectè explicat.

lin. 11. *Niſi quaſdam inſidias.*] Orator niſi paret inſidias, ſolus in ſchola relinquetur, vt eſt apud Quintilia. cap. 10. lib. 10. Gell. cap. vlt. lib. 9. Plin. loc. cit. Senec. Epiſt. 83. Aſco. ad 2. Verr. D. Chryſoſt. homil. 5.

lin. 12. *Eloquentia magiſter.*] Plin. Gratiæ Actio. ſolus eſt vice commentarii, alios non exſcribo feſtinans.

lin. 13. *Eam impoſuerit hamis eſcam.*] Eadem planè Plutarch in Galba, Scholiaſt. Æſchyli ad Prometh. ex Poëta innominato.

lin. 15. *Sine ſpe prada.*] Spes potiſſimum piſcatores demulcet Plaut. Rudent. Act. 2. ſc. 2. Oppia Alieut. 1.

ead. *Moratur.*] Malè qui repoſuerunt *moriatur.* legẽd. Heſiod. Scut. Hercul. Theocrit. Idyll. 1. 3. & 21. Hinc capio locum obſcuriſſimum Lucilii, qui cum ait, *piſcinenſiſque reſeſque*, intelligit morabundum ſiue ſpeculatorem piſcium ἰχθύων σκοπιωτὴν, vt eſt in colloquiis Græcis.

lin. 23. *Eloquentiam induunt,*] Sic apud Tacit. Annal. 15. *Animum bonis artibus induerat.* Quintil, cap. 1. lib. 1.

lin. 24. *Pueris adhuc naſcentib.*] Mſſ. adhuc innocentibus. M. Fœlix Octau. *Annis adhuc innocentibus.* vtraque lectio tolerabilis.

lin. 26. *Verba atroci ſtylo.*] Variis modis verba olim deleri ſolita, vt veru ſiue ὀβελίσκῳ, notis, lituris, aſteriſcis, tranſuerſo calamo, ſtylo, miniata cera, &c. de quibus alibi. faceti ſſimus iocus eſt ſeptimii Clodii apud Suet. de Clar. Rhetorib. qui Antonii fuluiam

cui altera bucca erat inflatior, acumen ſtili tentare dixit. Atrox ſtylus expungens. *lin.31.*

Pueri in ſcholis ludunt.] Eadem declamatio apud Ammia. Marcellin. Caſſiod. Epiſt. 24. lib. 1. Themiſt. Euphr. Orat. 3. *lin.33.*

Perperam diſcit.] Locus antea vitioſus à virgulis quem nunc ſanum eſſe iudico, ſimile illud Sophocl. Oedip. Col.

Γέροντα δ᾽ ὀρθοῦν, φλαῦρον, ὃς νέος πέσοι.

Quo loci Scholiaſt. τὸν ἅπαξ ἐν νεότητι πεσόντα, ἐν γήρᾳ ὀρθοῦν ἀδύνατον. Tangit autem Petro. vitia ſtudiorum ſui temporis. vt Sidon. Apollin. Contra Apul. florid. 4. *penes quos omnem diſciplinam pueri diſcunt, iuuenes oſtentant, ſenes docent.* Recte hoc Apul. & Petronio ex antica. *lin.35*

Schedium.] Legend. Sidon. Apollin. Epiſt. 3 lib. 8. *p.4 lin.2*

Artis ſecreta.] Sic Mſſ. vt & repoſuimus. dixerat enim prius *Non te fraudabo artis ſecreto.* poteſt tamen retineri *ſeuera* ſi reſpicias ad ea quæ dixit, *vt iuuenes lectione ſeuera mitigarentur.* Quoniam tamen aliam lectionem habent Mſſ. hanc elegi. *lin.5.*

Regiam trucem. Quam videtur depingere Pindar. Od. 6. Olympion. contrà, Curia Calabra apud Virgil 8. Æn. vt Batnæ Regiam deſcribit Iulia. Imperator Epiſt. ad Liban. καὶ τὰ βασίλεια πολυτελῆ μὲν ἥκιστα. πηλοῦ γὰρ ἦν μόνον καὶ ξύλων οὐδὲν ποικίλον ἔχοντα. Errore librarii πικίλον. *ead.*

Alto vultu.] Contẽnente. Horat. Od. 9. l. 4.

Reiecit alto dona nocentium
Vultu. *lin.6.*

Cœnas impotentium.] Valde potentium,

vt poſtea. *vbi eſt impotentia tua.* Gl. vet. *Inſegnes*, ἀνδρεγνᾶς. Valer. Max. li. 9. Suet. *Claud.* cap. 15. Apul. lib. 5. *Mileſ.* Sic apud Græcos νὴ, καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν, ὡς νήχυτον ὕδωρ, τὸ πολύχυτον Interp. Apollon. lib. 3. dico poſtea.

lin. 10. *Ridens Tritonidis arces.*] De his arcibus olim volumen ingens ediderat Heliodorus Athenienſis. Tangit has Solon Elegiacus apud Demoſthen. περὶ παραπρεσβ.

Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.

Scio tamen Stobæum hunc locum aliter accipere, hac de re *Philippides* vetus Poëta apud Plutarch. in *Demetr.* & Simonides Genealogus. Ob id Heraclidæ ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ τῶν ἄθλων ὑπερβατήρια. Hinc varia illius cognomina à ſummitate. Meſſenij κορυφασίαν vocant. Clem. Alexand. Abderitæ. ἐπιπυργίτιν Heſych. hinc factum vt generali nomine ſummitates dicerentur Glaucopia Euſtat. ad 2. Odyſſ. Cornific. cap. 14. lib. 1. huius rei Phyſicam reddit rationē idem Euſtat. ad Iliad. γ Copioſiùs hac de re ad Pauſa.

lin. 12. *Det primos verſibus annos*] Senecæ tamen in Epiſtolis contrarium inſtitutum eſt. *Grammaticus circa curam ſermonis verſetur, & ſi latius euagari vult, circa hiſtorias, iam, vt longiſſimè fines ſuos proferat, circa carmina.* Sed præceptum Senecæ, Grammatico datur, hoc verò oratori, quod quidem ſequuntur Quintilia. paſſim, Gellius cap. 2. lib. 14 Sidon. Apollin. *Epiſt.* 5. & 21. lib. 5. 4.

lib.8. vlt. lib.9. Talis progreſſus Demonactis apud Lucia. ποιηταῖς σύντροφος ἐγένετο, καὶ τῶν πλείστων ἐμέμνητο, καὶ λέγειν ἤσκητο, καὶ τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος.

Mutet habenas.] Sic Ianus Guilelm. qui- lin. 15.
que ſequuti ſunt *delibero tamen.*

Quatiat Demoſthenis arma.] Arma De- lin. 16.
moſthenis Epiſtolæ. Demoſthenes ipſe vocauit Epiſtolas ſuas ἐπιστολιμέους δυνάμεις *Philipp.* 1. ὅτι γὰρ (inquit ibid. Vlpia.) Ἀθηναῖοι πολλάκις ἐμάχοντο δι' ἐπιστολῶν. Ex ſtatuto iſtud Phocionis, qui voluit Athenienſes verborum copiâ, qua præſtabant, cum hoſtibus certare. Hoc eleganter Philippus Macedo apud autorem Encomii Demoſthenis οὔ γε καὶ τοὺς λόγους ὥσπερ κριοὺς ἢ καταπέλτας Ἀθήνηθεν ὡρμημένους. Alii hunc locum aliter accipiunt.

Det pagina curſum.] Vt apud Sido. Apol- lin. 22.
linar. *Epiſt.* 2. lib. 5. *pagina pro libro, paſſ.*

Dein epulas.] Sic rectè omnes priores lin. 24.
editiones quas deturparunt correctores nuperi. *Epulas* tragœdiam interpretor Perſius *prandia* dixit *Sat.* 1.

Siue opus in mores, in luxum, in prandia regum.

Sic accipio eundem Perſ. *Sat.* 5. vbi

robuſti carminis offas.

Interpretor Tragœdiã, aliqui tragœdiam & Epicum carmen, quos refellit Perſius addens exempla Tragœdiarum. Quid in hoc carmine eſſet *offa* videtur vir clariſſ. Iſaac Caſaub. neſciiſſe, cum ἔνθεσιν inter-

pretatur. offæ ſunt vt hic *epulæ*, & *olla Thyeſtæ* In eod. Perſ. & *cœna*, & *prandia* & *menſa*. Ead. Satyr. 5. Apud Martial.

qui ſcribit prandia crudi
Tereos & cœnam crude Thyeſte, tuam.

Epulæ iſtæ ſolita tragœdorum materia, Ælia. *Var.* cap. 11. lib. 2. ὅσους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τοὺς μονάρχας ἥρωας ἀτρέας τε ἐκείνους καὶ Θυέστας καὶ Ἀγαμέμνονας καὶ Αἰγίσθους; οὗτοι μὲν γὰρ ἀποσφαττόμενοι καὶ ἐτραγῳδοῦντο καὶ πονηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες; Tangit Comicus *Rudent.* Act. 2. ſc. *Qui homo.*

ead. *Et bella.*] Rectè conuenienterque tragœdiæ adiungit carmen Epicum ſic fortuna & virtus iungi ſolent, vt in Apul. Florid. 1. & alibi. In tragœdia pugnat fortuna, in Epico virtus.

lin. 26. *Indomiti Ciceronis,*] Quare Tullius indomitus rationes multæ, dictus eſt paſſim ἄκλαστος καὶ ἀκάμπτος nuſquã animo fractus, non ob plebem, non ob exilium, non ob Antonium: vel quia idem Orator ἀέναος, eloquentiæ perenni flumine inundans, & ita ἀδάμαστος; vel indomitus in defendendo miſerorum iure. Interp. Iuuenal. *Sat.* 8

lin. 28. *Sic flumine largo.*] Magnorum virorum eloquentia comparata cum largo flumine. Sic. Cic. paſſim in lib. Top. & 2. de Orat. comparat artes Rhetoris cum aqula ſecluſa, Ariſtotelis Topica cũ largo flumine. ſic *flumen Ariſtotelis*. idem ad Lucul. Eadẽ trãſlatione vſi & Poëtæ Ouid. Sacerdos. 1 *faſt.*

Scimus, & ad noſtras cũ ſe tulit impetus artes
Ingenij currant flumina quanta tui.

Propert. *Eleg.* 1. lib. 4.

Sed tamen exiguo quicunque è pectore riuus
Fluxerat, hoc patriæ ſeruiet omne mea.

Poëtæ paſſim. Senec *Epiſt*. 4. Plin. *Epiſt*. 20. lib 5. Plutar. in *Demoſt*. Symmach. *Epiſt*. 29. lib. 4. Caſſiod. *Epiſt*. 20. lib. 8. Sidon. *Carm*. 23. Enod. Ticinnenſ. *Epiſt*. ad Olibrium. ſic Plato dixit in *Timæo* νᾶμα τῶν λόγων. Sic Liban. *Diuo Baſil*. σοῦ γὰρ ἐν τῷ στόματι λόγων οἰκοῦσι πηγαὶ κρείττους ταμιάτων ἐπιρροῆς. Ead. D. Chryſoſt. *Homil*. 3.

Pierio pectore.] Malè pro *pectore* ſubſtituunt *nectare* *lin*. 29.

Aſcylti.] Nonnulli legunt Aſchylti, ſed delenda eſt aſpirationis nota. Gl. Vet. ἄσκυλτος *Infatigabilis*. Huius perſonæ mimum componit Aſcyltos hac tota ſcena. *lin*. 31.

Extemporali declamat.] Extemporales declamationes Scholæ ſunt Rhetorum & Philoſophorum nulla interpoſita mora diſſerentium de qualibet quæſtione propoſita, copioſè hac de re Cicer. *Tuſcul*. 1. *lin*. 34.

Iuuenes rident.] Neſcio cur hic repoſuerint *Iuuenis*. mirorque huius dictionis interpretamentum. Iuuenes illi Scholaſtici Suaſoriæ Agamemnonis ſententias ridebant quoniam non dixerat quæ probare ſoliti auditores. Perſ *Sat* 3. *p*. 5. *lin*. 1.

Hoc populus ridet, multumque toroſa iuuentus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

Infamant.] Explicat Gell. cap. 7. lib. 2. ſic Propert *Eleg* 10 lib. 3. *lin*. 2.

Iuppiter infamat ſeque ſuamque domum.

Subduxi me.] Plaut. *Menech* Act. 3 Sc. 1. *lin*. 3.

Vbi ego dum hareo, Menechmus ſe ſubter duxit mihi.

Hunc verſum aliter legit Theod. Marciſ. Aſteris. ad Catull.

lin. 11. *Vrbanitate tam ſtulta.*] Scurrilitate, vrbani, *ſcurræ*. Plaut. *Trinummo* Sc. *Lare, vrbani aſſiduicines quos ſcurras vocant*, leg. Quintil. cap. 3. lib. 6. Eadem acceptione *anus vrbana*, poſtea.

lin. 14. *Diuinam.*] Adrian. Turneb. & Pet. Daniel reponebant *ducturam*: ſed adſcripta lectio ſanior eſt. Diuina, maga, vt multis dico ad Heliod.

lin. 18. *Inter titulos.*] libri Mſſ. *inter angulos*. quam lectionem confirmat τὸ *locum ſecretiorem*, &, *furtim ſpatiantes*. Qui titulos legi malunt, accipiant, non de titulis meretriciis, qui quidem ſatis elucidati ab aliis Petronii interpretibus. Sed de iuuenibus Venerem languentem ſcortis cuiuſcunque ſexus irritantibus. Hos titulos ſcorta excipiebant antecænio libidinis vt fortiora prælium cupidinis tentarent. Iuuenes illos *titulos* dici patet ex Cornuto ad illud Perſii *Sat*. 1.

Ingentes trepidare Titos.

Locus autem vbi proſtabant tituli iſti dicebatur, ab ætate Titulorum, Ephebia, vt patet apud D. Hieronym. locum illum ſic nondum intellectum mihi illucidauit. V. C. Io. Sauaro. Sunt & Ephebea apud Vitruuium non longè ab his diuerſa, in quibus pueri exercebantur cap. 11. lib. 3.

lin. 19. *Nudas meretrices.*] De his copioſè Tacit. & interpretes *Annal*. 15.

ead. *Tarde imo iam ſero*] hinc locus Ciceronis

apud Macrob. *Saturn.* cap. 3. lib. 2. *Minime ſero veni nam nihil hic paratum video.* Tardè venit qui morabundus expectatur, ſero, qui non amplius expectatus. Martial. *Epig.* 67. lib. 8. Seru. ad 4. *Georg.* & 8. *Æn.* tardum & ſerum confundit, malè, differunt enim vt diximus, ſiue, tardum poſt aliquam occaſionem, ſerum poſt omnem.

Me in fornicem.] Turpiculæ huic rei no- lin. 20.
men aliud *tenebræ*. Sic apud Catull.

Demonſtres vbi ſint tuæ tenebræ.

Aliter Ioſ. Scaliger ſed nihil eſſe mutandum patet toto Epigr. dicitur Plauto *locus latebroſus*, *Bacchid.* Sc. *nunc experiar.*

Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis.

Petro. poſtea. *per anfractus obſcuriſſimos*, & *per tenebroſum & ſordidum egreſſum.*

Operui caput.] Hoc fieri ſolitum in re tur- lin. 22.
pi, vt patet apud Plaut. *Captiu.* Sc. 6. *Curcul* Sc. 6. Iul. Capitol. in *Æl. Ver.* Gell. cap. 11. lib 7. Tertull. *Apologet.* cap. 29. Eadem mente Lucia. *Dial. Mort.* μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν ἅπαντας λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν κατακλάσας περιῄειν ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα. Tangit hunc morem Sophocl. *Aiac. flagellif.*

ὥρα τὶν ἤδη κάρα κα-
λύμμασι κρυψάμενον
ποδοῖν κλοπὰν ἄρεσθαι.

Leg. Soran. fine vitæ Hippocr.

Pro cella.] De cellis huiuſmodi copioſè 4. 6. lin.
Torrent. ad Suet. *Tiber.* cap. 43. Mos natus 3.
ab obſcœnitatis lupâ, quem morem ſic

Digitized by Google

pluribus explicat Iul. firmic. Mat. *De error. prophan. Relig. Statuiſſe etiam vt quicumque initiari vellet ſecreto Veneris ſibi tradito, aſſem vnum mercedis nomine Deæ daret.* Sic legend. Quidam hic legunt *pro ſella*: vnde ſellarii Tiberii. Suet. loc. cit.

lin. 4. *Ille mihi iniecerat manum.*] hæc amatoria ſcena luditur apud Ariſtenet. *Epiſt.* 2. lib. 1. hanc vide.

lin. 9. *Vidi Gitona.*] Sic ſcripſimus cùm ſequutæ Scaligerum editiones poſtremæ inuitis Mſſ. Guythona ſuppoſuiſſent. Scimus quid hæc dictio ſonet in Lycophrone apud quem ſolum me reperiiſſe fateor, ſed & ſcripti & impreſſi pleriq; Codices lectionem noſtram tutantur. Amoris nomen illud, vt amoris origo, vicinia: patet apud Ouid. fabulatorem narratione Pyrami. Solent autem Latini in eiuſmodi nominibus vocalē litteram *e* elidere. Vnde miror virum illum trimegiſtum Iſ. Caſaub. ſcripſiſſe ad illud Perſ. Sat. 5. *Lapidoſa chiragra: Melius* (inq.) *cheragra ob metrum* Nam primam in eadem dictione ſyllabam corripuit Martial. primam in Phidia Auſo. ſecundam in orichalco, Virg. 8. *Æn.* Stat. *Theb.* 1. ſecundam in Epirota Auſo. copioſè de ablatione litteræ *e* Marcell. & Hermola. ad Plin Scalig. ad Auſon.

lin. 11. *Me conieci.*] Ennius 6. *Annal. Coniicit in ſyluam ſeſe.*

lin. 17. *Tuus iſte frater.*] Imitatus eſt hunc locum Terentii *Andr.* Act. 1. Sc. 3. quem ſic lego.

Hac Andria, ſei iſta vxor, ſiue amica eſt.

ſei eſſe pro *ſiue* doceo alibi. Quomodo autem ſanctiſſimum fratris nomen ab impudicis, & qua ratione, violatũ ſit, dico alibi. *lin.20.*

Quum ego clamarem.] Ita ex Mſſ. & Virgil. reſcripſimus. Idem poſtea. *longe maiore niſu clamauit.*

Gladium ſtrinxit.] ἐσπάσατο ξίφος Gl. Vet. *lin. 21.*

Quid dicis.] Interrogatio cum ſtomacho. *lin.24.*
ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

M. pat. ſcortum.] Scortum pro puero meritorio deliciis & aliis nominibus fœditatis, notũ. vt apud Catull. Epig. 6. Cic. pro Sextio. Suet. Vitell. cap. 3. de clar. Rhetor. cap. 14. Iuſtin. lib. 9. & 22. Aurel. Victor. Caton. & Domitiano. *ead.*

Ne ſpiritus purus eſt.] Obſcurè innuit fœdum dictu. Sic apud Plaut. Mercat. Cicer. Ver. 5. Tac Annal. 14. Suet. de Illuſt. Gram. *lin. 25.*

Maiore niſu.] Apud Phædrũ fab. 23. lib. 1. *lin. 27.*

Rurſus intendit cutem
Maiore niſu.

Quem de ruinâ.] Theatrorum ſubitorum (fiebant enim è ligno tabulato, vnde Græcis dicuntur ἴκρια. vt notum ſatis eſt.) frequẽs erat ruina, vt apparet apud Suet. Tertull. Seruium. Encolpius ſubiectus beſtiis ad deuorãdum, ſpectaculorum ruina euaſit. Talis ferè hiſtoria Seluri quam copioſè narrat Strabo lib 6. Arena autem dicebatur locus omnis in quo de damnatis ſupplicium ſumebatur *lin. 29.*

Cum fortiter faceres.] Spurcum eſt. Sic *fortis* apud Plaut Pyrgopol. Ipſe Petro apud fulgent. *Myrrhinum mihi adfer quo* *lin. 31.*

Digitized by Google

virilibus armis occurſem fortiuncula. Sic *viriliter* agere Gl. Vet. ἀνδρίζου *viriliter age*. Sic Petronii ſignificatu ἀνδρίζεσθαι apud Achil. Tat. lib. 4. Amor. quod priſci Latini *andruare* dicebant. Gl. Vet. *andruare* ἀνδρίζεσθαι. Eleganter politiores Græci ἀκμάζειν, τὰ τῆς νεότητος πράττειν Harpocrat. ἀκμάζειν δ' ἀνδρείως πράσσειν. Etymolog.

lin. 32. *In viridario*] Apul. lib 4. Mileſ. *viretum* dixit. vt fulgent. prolog. lib. 1. vbi errore librarii *vrectu*.

lin. 33. *In deuerſorio*] hæc vox apud ſcriptores vbique corrupta præter vnicum Philoxenum, qui tamen ſemel malè πανδοχεὺς *diuorſorarius*; Idem vbique bene, vt paulo anterius πανδοχεῖον *Cauponium deuorſorium*. V. C. Io. Sauar ad Sidon. vult legi diuerſorium corruptè. Idem Philoxenus originationis viam pandit *deuerticulum*, ἐκτροπή, ἔκνευσις, καταγώγιον, idem καταλύω, κατάγομαι *deuertor*. ſc, ad hoſpitium temporariũ, ad quod deuertunt aduenæ. Aliam tangit originationẽ Iſidor. ſed debilis eſt Marcell. etiam in menda eſt, niſi legas *deuerſoria à deuertendo*. Omnino autem improbanda eſt, me iudice, Barthii lectio *In diuerſorio pueri es*. Quaſi diuerſorium eſſet vnius Gitonis.

p. 7. lin. 1 *Quum fame morerer.*] Elegans dicterium Cynulci apud Athen. cap. 7. lib. 6. qui famelicos Scholaſticos intentos magiſtrorum ſubtilitatibus ait λογαρια δειπνεῖν, quod antea dixerat Antiphanes apud eundem cap. 3. lib. 1. τἀλλότρια δειπνεῖν μὴ προσέχοντ' λογίσμασι. ſic εὐωχεῖσθαι λόγοις, & εὐω-

χέαι καὶ ἐςιάσας ἀκοῶν

Somniorum interpretamenta.] Quid eſſent illæ ſententiæ quas hic tangit Petronius ſatis explicat Heſych. v. φάσεις. Somniorum autem interpretamenta ὀνειροκριτικά. Sic ſomniorum interpretes apud Ennium *lin. 3.*

Non aruſpices vicanos, non de Circo Aſtrologos,
Non Iſiacos coniectores, ſomniorum interpretes.

Vt foris cœnares.] Paraſiti, quaſi è promptuaria cella artes depromũt multiplices quas attigit Lucia. In Paraſito. Ars vna hæc è præcipuis laudare Regem ſuum, vel cœnam appoſitam. De hac arte ſatis ſuperque alibi dicturi ſumus, quia ſingula huius artis præcepta ſunt alterius loci. Leg. interim Nicol. Damaſc. lib. de Morib. gent. apud Stobæ. ſerm. 14. apud quem male ſcriptum χλοῖς pro χλύας. & tit. de adulat. vbi κηνηγοὶ pro κυνηγοί. *lin. 4.*

Et tu literas ſcis.] Magiſtri illi proprie dicti *literati*, vt Grammatici & cæteri philologi *literatores*, ſemidocti Alpheus Anitus lib. 2. Excellent. apud Priſcia. lib. 8. *lin. 12.*

Tum literator creditus
Ludo faliſcûm liberos,

Narrat hiſtoriam Liui.

Rumoribus different.] Eodem vſus loquendi modo Accius Meleag. *lin. 15.*

Me quiſque ſpernans, atque inſimulans probris.
Sermone indecorans, turpi famâ differet.

Sic puto corruptiſſimum locum poſſe legi.

Digitized by Google

vſus & Cæcil. apud Gell. c. 13. lib. 2. Plaut. Aulul. Sc. 13. Eiuſdem iocus Curcul. Sc. *quoi homini*.

Iam ego te faciam vt hic formicæ fruſtillatim differant. Sic *differor cupidine*. Pœnul. Act. 1. Terent. Andr. Act. 2. Sc. 4 Propert. Eleg. 4. lib. 1. Suet. Iul. Tacit. Annal. 1. vbi malè ſcriptum *eadem forma tulit*. leg. *diſtulit*. Vtitur enim hoc ipſo libro *dominos variis rumoribus differebant*. Marcell. v. *differre*. Ex Attico διαφορήσω Ariſtoph. Equit. eod. ſignificatu idem περικοκκύω. Contrà *excipere rumoribus*, Accius *Euryſaca*.

lin. 19. *Mihi proſpiciam*.] Vt apud Afran. *Incendio*.

O puere puere, ſine me proſpicere mihi.

Terent. Andr. Act. 4. Sc. 2. Phormio. Act. 5 Sc. 8.

lin. 25. *Deducerem*.] Sic legi, & ratio tritiſſima. Hinc iocus Tullii apud Suet. Iul. & Macrob. Satur. cap. 2. lib. 2. *Tertia deducta eſt*. Scio tamen quid hac in re *deducere*.

lin. 26. *Luſtraui oculis*.] Sic Virg. 1. Æn. Luca. lib. 7. verbum eſt augurale non notatum ab his qui nuper de Auguriis ſcripſerunt, vt doceo libro ſingulari.

lin. 30. *Omnia erant facta*.] *Omnia* Venus conſummata vt *plus*, *opus*, *cætera*, *munus*, &c.

p. 8. lin. 1 *Quid veſti contubernium*] fruſtrà ſollicitãt optimam immò peſſimam dictionem, ſed quam agnoſcit peruigilium Veneris. Qui ſub eadem veſte iacent dicuntur veſti contubernium facere. Sic Ariſtotel. ἐν Τυῤῥηνῶν νομίμοις apud Athen. lib. 1. οἱ δὲ Τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ

αὐτῷ

αὐτοῦ ἱματίῳ. Inde dicebatur Socrates cum Alcibiade veſticontubernium facere. Idē Athen. cap. 13. lib. 5. καὶ ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Ipſe Socrat apud Lucia. βίων πρασ. Ἀμέλει κἂν ὑπὸ ταυτὸν ἱμάτιόν μοι κατακέωνται. Idem Socrat. alibi ἐν τῷ αὐτοῦ ἱματίῳ κατακείμενον. Et in Amorib. καὶ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτοῦ χλανίδα κλιθείς. Theocrit Idyll. in.

Ζανὸς τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν.

Apul. lib. 2. Florid. quo loci nos plura.

Qui tuniculam in ſolitudine.] Hunclocum interpretor iuxta paginam vlt. *lin. 25. b*

Diligentius conſider.] Martial. Epig. 82. lib. 6. *lin. 19. a*

Quidam me modo, Ruffe, diligenter
Inſpectum, velut emptor aut laniſta,
Cum vultu digitoque ſubnotaſſet.

Ars tractandarum furto tunicarum dicta *manticulatio.*

Atque eques.] Iudices Romæ multoties immutati, vt breuiter repeto. Romuli tempore Iudex Senatus, Dionyſ. Hal. lib. 2. Plut. Romul. C. Gracchus Tribunuſp. Senatoribus eripuit iudicia, & in equeſtrem ordinem tranſtulit. Appia. lib. 1. ἐμφυλ. Patercul. lib. 2. Aſcon. paſſim in Verr. & pro Scaur. hi omnes clarè Gracchano plebiſcito equites ſolos iudicaſſe aſſerunt: vnde Plutarchi manifeſtū eſt ἁμάρτημα qui in Gracchis ait legem à C. Graccho latam vt CCC. equites cum tot Senatoribus iudicarent: non enim hoc à Graccho ſed à M. *p. 9 lin. 18.*

Digitized by Google

Liuio Druſo factum eſt, vt patet tota hiſtoria. Plutarch. legem Semproniam pro Liuia, Gracchũ pro Druſo vſurpauit. Variè poſtea iudicantium ordo immutatus, ſub M Philippo, Cor. Sylla, Aurelio Tribuno ærarii, Iulio, aliis. Vſurpauit Petron. equitem, pro quouis corrupto iudice, quia hic ordo corruptiſſimus Notum eſt inſuper cauſam pro iudicio ſumi

ead, *Qui ſedet*.] Sedere pro iudicare. vt l. 6. C. de poſtul. Cic. ad Attic. Epiſt 10. lib. 5. *Philomelij quinque dies, Iconij decem ſedimus* i. ius diximus Sic enim ibi lego. Nouell. 71. cap. vlt. de ſentẽt. & re iudic Itaque ſedere Iudicum, ſed tamen Apul. Florid 1 dixit: *Muſa cum Minerua diſsimulamenti gratiâ iudices adſtitère*. ſic cape Muſæ, præſide Mineruâ & duce, diſſimulantes ſcilicet ignorare ſe Apollinem prius de pœna prouocantis quam de iudicio ſuo ac ſororum, adſtiterunt tanquam certaminis iudices. Adſtiterunt autem, quia turpe ſtante fratre ſedere ſorores. Cur Apollo ſtaret, longum narrare properanti.

lin. 24. *In ambiguam litem*] de qua Cicer. 10. de Iuuent.

lin. 26. *Lupinos*] Lupini pauperum litteratorum cibus, amariſſimus quidem & triſtis vt patet originatione ipſa, vnde Virgilio *triſtes lupini*. 1. Georg. ſed lupinos triſtes accipe incoctos, cocti lupini ſuaues. Amaritudinem à lupinis ieiuni philoſophi & vicatim mendicantes eiiciebant duplici modo. Priorem explicat Galen. lib. 1. de Alim.

Digitized by Google

ſac. & lib. 6. ſimpl. medicam. poſteriorem Dioſcorid. cap. 4. lib. 2. Sic præparati faciliores fiunt & cibi auiditatem conciliãt ex Hippocrat. lib. 2. de Diæta, & Dioſcor. loc. cit. Sicilicũ autẽ ſonat quartã partẽ vnciæ.

Ad manum.] Sic paſſim. Suet. Iul. cap. 84. *lin. 27.* Aug. c. 49. Caio. 41. Gl. Vet. *ad manum* πρόχειρον, & alibi ἐν προχείρῳ Attici ἐν χερσί. pro re præſenti, vt ἐν ποσί.

Maioris compendij] Gl Vet *compendium* *lin. 29.* κέρδος quo ſenſu hîc & apud Suet. Tiberio cap. 48, Iul. Capitol. in Anton. Philoſ. Caſſiod. Epiſt. 4. l. 1. Manil. paſſim, natat toto iure ciuili.

Magna vociferatione.] Tangit duos è tri- *lin. 34* bus modis quibus fur manifeſtus, ſiue manifeſtarius fieri poſſit, *clamorem* & *apprehenſionem.* Reſtat *viſio*, de quâ iuris autores. Seruius autem ad Eclog. 3. hæc tria iungere debuit, nam facem præferebat poëta.

Pannuciam] De ſimili Homer. Odyſſ. ξ. *p. 10. lin.* Lucia. de Merced. conduct. qui vocauit *11.* ῥάκος πολυσχιδές.

Longe aliud.] *Aliud* pro contrario, more Atticorum.

Strangularetur.] Mneſipp. apud Lucia. *lin. 28.* Toxar ἡ δ' πόλεως ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα. Stat. 2. Sylu.

Non tibi ſepoſitas infœlix ſtrangulat arca
Diuitias

Ead. Prudent Cathemer. & περὶ πνῖξαι. ſic τρωγᾶν, *interficere, iugulare, deuorare*, & ſimilia.

Nolo quod cupio.] Eleganti pa a hraſi ſic *p. 11. li. 6*

exponit iſta Caſſiod. Epiſt. 24. lib. 8. *Habet hoc humana conditio vt celerius adepta, faſtidio ſint, dum omne precioſum vileſcit oblatum, & contrà dulcius accipitur quod ſub aliqua dilatione præſtatur.*

lin. 10. *Oſtium exſonuit.*] Sonare verbum frequẽs in portis, ianuis, valuis, vt apud amatorem Ouid. lib. 1. Propert. Eleg. 6. lib. 4. Luca. lib. 3. Apul. lib. 6. & 7. Sic Attius *Clytemneſt. ſed valde reſonunt regia* leg. *ſed valuæ r. r.* Idem Ilion. *Ibo ad eam quid velint, valuæ ſonant.* leg. *Ibo ad eam quid velit, valuæ ſonunt.* Sonere pro ſonare priſcos dixiſſe, monuiſſe puerile eſt. Sic Attiu. Phinid.

Ac vbi curuo littore latrans
Vnda ſub vndis labunda ſonit.

Ennius lib. 13. *littora lata ſonunt.* Cæcil. in Colchid. apud Marcell. ſic, *ſonit imaginoſum* apud Catull.

lin. 13. *Sera ſua ſponte delapſa.*] Tales erant ſeræ Græcorum, de quibus ingenioſè Achill. Tat. lib. 2. Sic apud Homer. Odyſſ. Κληῖσαι δ' ἔπεσαν σανίδες πυκινῶς ἀραρυῖαι. Quem verſum trãſcripſit Apollonius Rhod. lib. 1.

lin. 30. *Lacrymas ad oſtent. d. p.*] ſic poſtea. *lacryma dolore parata.* Iuuenal. Sat. 6.

Vberibus ſemper lacrymis ſemperque paratis
In ſtatione ſua.

lin. 31. *Tam ambitio. detonuit imber.*] Solin. cap. 14. *In quo bellorum ciuilium detonuerunt procellæ.* Imber pro lacrymis notum & Poëtæ omnibus. pag. ſic ὄμβρος καὶ ὑετὸς hac acceptione apud Græcos.

lin. 35. *Vbi fabulas.*] Dubiò procul reſpicit Plau-

Digitized by Google

rum Menæch. Sc. *nimis ſtultè.*

an mos eſt ita heic

Peregrino vt aduenientei narrent fabulas.

Neque enim impune.] Haud impunè ferunt qui temerarij in ceremonias irrumpunt, vt dico ad Heliodor. *p.12. lin. 2.*

Vtique.] Ante hanc clauſulam aſteriſcum adpinxi, non ſolum meo iudicio prorſus neceſſarium, ſed Mſſ. autoribus huic loco debitum. *lin.3.*

Noſtra regio.] Non mimicè vt Quartilla, Camillus apud Liui. Annal. 5. *Nullus locus in ea, non religionum Deorumque eſt plenus.* Itaque Ouid. Sacerdos lib. 1. *ead.*

Dignus Roma locus quo Deus omnis eat.

Triſtis, Eleg. 4. lib. 1.

Sed quæ de ſeptem totum circumſpicit orbem

Montibus, Imperij Roma Deûmque locus.

Hinc Luca. appoſitè vocauit Romã Deorum ſedem lib. 3. Quare Chriſtiani Dæmonum illam multitudinem proculcantes vocauerunt præcipuam ſedem ſc. Capitolium *omnium Dæmonum templum.* Tertull. cap. 3. & 10. *De ſpectaculis.* Martia. initio lib. 7. *populum numinum.* Zeno Veronenſ. ſerm. *de Iuda. populum Deorum.* D. Auguſtin. cap. 23. lib. 2. *de Ciuitat. Dei. turbam numinum.* Tangit idem cap. 12. lib. 3. M. Fœlix Octau. Cypria. *de Idolor. vanit.* vbi ratio huius multitudinis redditur.

Vt facilius Deum.] Octau. apud M. Fœlic. *plures totis hominibus Deos haberemus.* *lin. 4.*

Medicinam ſomno petij] huius moris multa dicenda ſunt ad Pauſan. Ne tamen hîc *lin. 12.*

interpretes obiiciant nobis ſilentium obſeruationibus illorum inſuper hæc addo. Ad captāda ex ſomniis remedia quædam deſtinata loca quibus præerat Æſculapius vel Podalirius. de Æſculapio Strabo lib. 8. Ælia. hiſt. animal. cap. 33. lib. 9. de Podalirio Tzetz ad hæc Lycophronis.

Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν
Νόσων τ' ἀκέστης Δαυνίοις κληθήσεται.

Vbi notat inſuper Daunios in pellibus ouillis in Podalirii tēplo dormire ſolitos, atque in ſomnis oracula capere, quē morē aſpexit Virgil. 7. Æn. Hæc loca aſſignata, ægrotantibus & ſanis, pro dignitate perſonarum. Ægrotantes nobiliores *in ipſo ſacello ægritudinum remedia capiebant de monitis ſomniorum*, vt loquitur Solin. c. 13. Ælia. loc. cit. pauperes & mancipia, extra ſacellum in ipſo Æſculapianæ inſulæ ſolo. Suet. Claud. cap. 25. Sani dormiebant in Dei ſacello, qui morborum remedia pro abſentibus capiebant. Virg. loc. cit. Item medici miſſi à Regibus ſuis. Valer. Max. cap. 50. lib. 1. fuere quoque præter hos, alii Dii vt Dea Brizo quæ Delios in ſomnis curabat Seuius Delius 2. Deliad. apud Athen. cap. 3. l. 8. *αὕτη δ' ἐστὶν ἐν ὕπνῳ μάντις. βρίζειν δ' οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν τὸ καθεύδειν* Inuenio Chriſtianos etiam per ſomnium curatos vt in Act Apoſtol. cap. 9. Ant. Monach. fine itiner. De modis autem ſomniandi, ieiuniis, votiuis tabulis, pecunia data. Vide Pauſan. noſtrum.

Digitized by Google

Iuuenili impulſi licentia.] Explicat Stobæ. περὶ ἀπορρῆς. ſerm 5. *lin.* 17.

Iocum riſumque.] Ex Catull. *lin* 22.

Torum preſſit.] Ouid Sacerdos. *Vtque torum preſſit.* *lin.* 27.

Adiuuaturos d. pro.] Imitatus eſt hunc locum Apul. lib 1. *ſeſe neque manum admolituros, &c, ſi quod aliud cogitaret ſalutare, laturos ſubſidium.* Sic interpung. *lin.* 33.

Deſcendentes ab aure cap.] Amaſiorum languentium voluptates & deliciæ, Veneris ſuæ capillos formare. Propert. *Eleg.* 3. lib 1. *p.* 13 *lin.* 1

Et modo gaudebam lapſos formare capillos.

Sauaro ad Sidon *Epiſt.* 2 lib 1.

Temtatâ manu.] Ita in omnibus ſcriptum olim legebam *temeratâ* non intelligens quid eſſet *temtatâ*, ſed idem eſſe ac temeratâ docent Gl. Vet. in quibus *temtatum*, ἀδικηθὲν, ἁμαρτηθὲν. Rectè quidem illæ. Nam *temtare* verbum flagitii. Sic poſtea. *acceſſi temtaturus, an pateretur iniuriam.* Iacob. Mſſ in *Vita ſanctorũ. de opere illicito me temtauit.* Alii legunt *lenta*, alii *lentata*, alii *dentata*, alii aliter. omnes perperam. *lin.* 2.

Contemni turpe eſt] Imitatus eſt hunc locum Plin Iunior. *Epiſt.* 21 lib. 6. *Neque enim tam iucundum vindicari, quam deſpici miſerum.* Retinui autem vulgarem lectionem in hoc Epigrammate, corruperāt qui ſenſum non capiebant. *lin.* 8.

Comploſis deinde manib.] Sic repoſuimus, veteres Editiones ſequuti. Germana & *lin.* 12.

Lugdun. editio minus commodè *compoſitis*. Vt in ſummo gaudio, ſic in dolore ſummo manus complodebant, vt patet apud Senec. lib. 1. *De Ira*. Sic Lucia. ſomnio. ἡ δ' ἀποληφθεῖσα, ὃ μὴ παρὼν ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει. Ead. apud Athen. cap. 4. lib. 1.

ead. *In tantum riſum effuſa eſt.*] Talis riſus eſt iratorum, qualis Aiacis riſus, apud Homer. *Iliad.* 9 μειδιόων βλοσυροῖσι προσώποισι. Ita Iouem iratum ridentem facit. Heſiod. lib. 1. ἔργ. Sic Lais apud Plato. Poët. in *Epig.*

Καὶ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος.

Sic etiam Phorbãtem depingit Philoſtrat. καὶ μειδίαμα θυμῷ συγκεχραμένον ἡ παρειὰ πέμπει. Talis riſus Veneris apud Apul. lib. 6. *quam vt conſpexit Venus, latiſſimum cachinnum extollit & qualem ſolent furenter irati.* & alibi hoc libro. Talis Hippiæ apud Ariſtenet. *Epiſt.* 4. lib. 1. καὶ μειδίασεν ἐπιτιμητικὸν ὁ Ἱππίας. Sil Italic. lib. 1.

Cui ſæuum arridens.

Frigidior hieme Gallica] Sic ſpecie pro-

lin. 25. uerbii Γαλατικὸς χειμών. Eunap.

Si quid triſtius paras.] Metell. in Sylla a-

p. 14 lin. pud Plutar. eſt vice commentarii.

3. *Debeamus tenti perire.*] Cum Mſſ. Cod.

lin. 5. *tenti* edi curauimus. videbat enim Aſcyltos ancillam quæ volebat in pauimento lodiculam extendere. Extendi in lodicula ſupplicium eſt quod vocant tympanum, de quo nos copioſè in ſingulari libro *De ſuppliciis*. Heſych. τύμπανον ᾧ αἱ βάκχαι κρούουσιν, ἢ εἶδος τιμωρίας. Ariſtopha. in *Plut.* Caſaub. ad *Suet.* Tangunt litteræ ſacræ vt

Digitized by Google

Machab. 2. cap. 6.

Solicitauit.] Verbum eſt impuritatis vt apud Virg. 3. *Georg.* Horat. *Od.* 13. lib. 4. Ouid. Triſtem lib. 2. *lin.* 7.

Duas inſititas.] Conſentiunt Mſſ. Cod. cum hac lectione, quam qui mutare auſi indignum facinus commiſerunt. Retinui autem lectionem priſcam *de ſinu.* *lin.* 11.

Legitimo perfuſos oleo.] Legitimum oleum quidam interpretantur ceroma. Interpretor maſculum. Callimach. in *Lauacr. Pallad.* *p.* 15. *lin.* 6.

Τῷ καὶ νῦν ἄρσεν τε κομίσατε μοῦνον ἔλαιον.

Maſculum ὃ στιφρὸν ἢ πεπαλαιωμένον. Theophraſt. περὶ βδελυρ. ſic *cera legitima* apud Cicer. *Verr.* 1. leg. Heynſ. ad Horat. hic autem ſcripſerant correctores *lecitino.* duplici errato.

Excepti pluribus ferculis.] Breuius *excepti* & *accepti.* V. C. Sauar. ad Sidon. *Epiſt.* 9 lib. 2. *lin.* 13.

Fuligine longa perfricuit.] Character loci in quo tum degebant, fornices erant perpetua fuligine obliti. Notum. *lin.* 19.

Pinxit.] Virg. *Ecl.* 6. *lin.* 21.

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Tenue & extremum lumen.) Hæc ita expreſſit Lucia. *Nec jo.*: ἀμαυρόν τι καὶ λεπτὸν, ὥσπερ διὰ κλεισθείσας ἐσρέον φῶς. *lin.* 28.

Cum duo Syri.) Syrorum ſeruorum Romæ numerus ingens, vt apud Cic. in *Piſo.* Martial. *Epig.* 3. lib. 9. *Plaut.* paſſim. ſed Syri illi primi in arte latrocinii. Hinc Syri latrones apud Flau. Vopiſc. in *Aurelia.* Aur. Victor in *Galien.* vbi latrones orientis in- *lin.* 29.

telligē Syros Lucia. *Toxar.* Rationem cur ita deditι latrociniis Syri, reddit Sauar. ad Sidon. ſuum.

p. 16. lin. 10. *Cymbaliſtria.*] Quid cymbaliſtria docet Marcell. verb. *cymbaliſſare.*

lin. 18. *Spatalocinædi.*] Aliquem ex eorum numero ſic deſcribit Lucia. de *Merced. conduct.* κίναιδόν τινα τῶν πεπιλωμένων τὰ σκέλη καὶ τὸν πώγωνα περιεξυρημένων. Licet ad Iuuenal. moneatur iuuentutem Romanam in multis cum cinædis conuenire Hi autem verſus cinædici non voce ſolum, ſed cantu etiam recitabantur Plaut. *Stich.*

Lepidam & ſuauē cantionē occipito cinædicā.

lin. 20. *Femore facili.*] Tale femur pictori propoſuit Anacreon vt Bathyllum pingeret.

ead. *Clune agili.*] Hos vocat ἑδροστρόφους Theocrit. *Idyll.* 24.

Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες

Ἀλλήλους σφάλλοντι παλαίσμασι.

Hinc tralatiuè à lucta ad obſcœnū ὑποσκελίζειν, τοπ...ίζειν. Et ita Pollucis Argiui παλαίσματα apud Anacreont. loc. cit hic motus ſi inuolueretur obſcœnius, caſta Gymnaſiarchorum virga diſſoluebatur. vt loquitur Sidon. *Epiſt.* 2. lib. 1. Hanc obſcœnam agitationem tangunt Catalect. Apul. lib. 2. *Mileſ.* Græcis ὑποδινητιᾶν.

ead. *Manu procaces.*] Character alius impudici. *Impudicum & inceſſus oſtendit & manus mota.* Senec *Epiſt.* Auſon. *Epig.* 77.

lin. 21 *Veteres.*] Nihil hîc erat mutandum. Veteres illi ſunt qui veterani in Catal.

Parce, premendus erit cum veteranus erit.
Ceuetes tamen quædam editiones retinent contra Mſſ. fidem.

Deliaci manu reciſi] de Deliaco dico ad Pauſan. *reciſi* dicti & *præciſi*, vt in incompto carmine, & apud Senec. cap. 5. *De prouident.* ἀπαλοὶ Græcis. Lucia. *Tragopod.* *ead.*

Ἀπαλῶ τελῦσιν Ἀττὶς

ἁπαλὸν vocauit quem ἡμίθηλυν vocat Anacreon.

Fruſtra moluit.] ἔμωλε vt apud Theocrit. *Idyll.* 4. *lin.* 25.

Εἰπ' ἄγε μοι Κορύδων τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει
Τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα.

Auſon *Epig.* 94.

Subantis.] Rectè ſic emendatum. σοβούσης μαχλώσης, καπρώσης, ὀρεγομένης συνουσίας. Scho. Ariſtophan. ad *Plut.* Et tamen me nolente Calcographi veterem retinuere. *lin.* 26.

Acaciæ riui.] Explicat Theod. Marcil. ad *Horat.* Adiungo paſtillos confici ſolitos ex acaciæ ſpina tingendis capillis, vt apud Plin. lib 12. cap 24. Alex. Trall. cap. 3. πρὸς μέλανσιν τριχῶν. De fluebant riui illi acaciæ à tinctis capillis. Ex acacia etiam vinum, ſiue potionem confici teſtes medici. *ead.*

Et inter rugas.] Sic apud Apul. *Apol.* 1 *ſulcos rugarum.* Remedium his rugis *tentipellium.* Gl. Vet. tentipellium φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. Titinn. apud Feſt. in Schedis lib. 17. *tentipellium inducitur, rugæ in ore extenduntur.* leg. *induitur.* Induitur ſc. tentipellium ſiue pharmacum, vt dictum autoribus artis tectonicæ, parietem cretam *lin.* 27.

induere, quomodo fieret iſtud tenti pellium dicendum alibi. Aliud item rugoſis iſtis ſpadonibus remedium vnguentum amygdalinum ex amygdalis amaris & melle confectum: vt teſtatur Lambin. ad Horat. Alia item remedia apud Dioſcorid. cap. 102. lib. 3. Q. Seren. cap. 11.

Rugarum ſulcos lentiſci maſtice tendens.

ex Apul. loc. cit.

Ibid. 27. *Tantum erat creta.*) Facilis ex hoc loco nobis fuit animus reſcribendi *ſubantis*, quam etiam correctionem antea Petronio neceſſariam viderat V. C. Th Marcil. Hæc hominum monſtra, variis artibus faciem atterebant, creta potiſſimum illis ad vſum: multiplex illa creta fuit. Nec enim adſentior quotidianis ad Horatium, quæ in fuco cretam duplicem agnoſcunt ſolùm, Chiã, & Selenuſiam. Sæpius Meliâ incretatos reperio. Alicubi Galenus, Dioſco cap. 137. l. 5. alii. de quibus Hermolaus Barbarus Caſtig. ad Plin. cap. 6. l. 35. Inde Melinũ Plauto, Varroni, Terentio. Temperabatur autem creta illa fucatrix aquâ è floribus, vt patet apud medicos. Pura ſiue non temperata lædebat. Sic accipiendum Epig. in Catalect.

Dum ſumit cretam in faciem Sertoria, cretã
Perdidit illa ſimul perdidit & faciem.

Liquefiebat autem creta illa fucatorum ſi ſubarent vel ſudorem prouocarent quoquo modo. Creta fundamentum fuci. Superſtruebant miltum, alutam, ſtercus crocodili, & alia de quibus nos hoc opere his

dilutis detectus paries poſtremò cretam ipſam dimouebat.

Vt cred. detect. pariet.) Explicat hāc comparationé Vlpia. ac Demoſthenis Olynth. 2. καταῤῥεῖ, ὃ δὴ διαφθείρεται, ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τείχους τινὸς παλαιοῦ, ὅταν ὑπὸ τῆς παλαιότητος καὶ τοῦ χρόνου αὐτός τε καὶ ὑφ' ὑετοῦ διαβιβρώσκηται καὶ ἀναλώσκηται. Sic legimus. Quod igitur Petronius dixit *nimbo laborare*, hoc Græcis magiſtris καταῤῥεῖν καὶ διαφθείρεσθαι: ſic *detegere parietem* apud Plautum Moſtellaria Act. 1. Sc. *Iampridem*. Contra magiſtri Græci dicunt ἀσυῤῥιζῶσθαι, vt ἐνεσκιῤῥῶσθαι ea omnia quæ tenacius inhærent & firmius incruſtantur: de quibus dictionibus copiosè nos olim dicturi ſumus. Detectum autem parietem accipe non amplius incruſtatum, vt antea diximus, ſiue cuius cruſtæ & Emblemata diffugere. Multiplicia fuere veſtimenta parietum, ſiue incruſtationes, ſiue tectoria, ſiue loricationes, ſiue capitula; materiaque multiplex. Vel enim amurca vtebantur, vt patet apud Rei Ruſticæ ſcriptores, vel cruſtis marmoreis ſiue marmore ſectili. Seneca pater Controuerſ. 1. lib. 1. Seneca filius Epiſt. 116. Plin. c. 28 lib. 8. cap. 6. l. 36. D. Hieronymus Epiſt. ad Demetriadem, vel tegulis figulinis, culmo aliiſque minuciis, de quibus Ser. ad 3. Georg. Interpret. Vitruu cap. 1. & 3. lib. 7. Sub tegulis & cruſtis creta in parietibus; ſiue parietum corpus cretaceum, hinc intelligenda Petronii comparatio. lin. 28.

lin. 29. *Non tenui ego diutius lachrymas.*] Sic idem alibi. *Non tenui igitur diutius lachrymas, immo percuſsi ſemel iterumque manu pectus.*

lin. 31. *Quaſo inquam domina.*] Sic poſtea. *Quaſo inquam regina.*

ead. *Embaſicœtam.*] Copioſè interpret. Catulli. ἐμβασίχυτρος Batrac.

lin. 33. *Hominem acutum.*] Quinam dicantur homines acuti ex antiquis ſcriptoribus docet Quintilianus & Feſt. verb. *Aſtu.*

lin. 34. *Vrbanitatis vernula frontem.*] Has duas vltimas dictiones ex fide veterum Mſſ. retinui, quas in *vernilia* & in *fontem* deformauerant. Scurrarum propriè frons vrbana Horatius Epiſt. 9 lib. 1.

Frontis ad vrbana deſcendi pramia.

p. 17. lin. 1. *Vt Cont. meo non me.*) Senſus ſi quidem poſtulabat, vt hanc negationem interponeres. Expreſſimus autem ſcripturam Codicum Mſſ. Nec te moueat duplex negatio, vim enim vnius obtinet. Marcell. in *Negatiuis*, & l. *Fluminũ. De damno Infecto ff.* Qui volunt hæc Ironice accipi, animum ad loquentem Encolpium non aduertunt.

lin. 3. *Solus ferias agit?*) de his feriis loquitur, de quibus Macrob. Saturn. c. 15. lib. 1. *quibus vitantur nuptia, quia vis fieri virginibus videtur.* Alibi legem 5. & 7. *C. De feriis.* interpretor, notans errorem Aniani ad l. 2. C. Theod. *de feriis.*

lin. 5. *Equum Cinadus mutauit.*) Omnia obſcœna. Eadem tamen tranſlatione autor incompti carminis.

Quid ſæuis Sybari? domiti modo terga iuuenti
Quid premis, & tenerum currere cogis equũ?

Eadem ſignificatione πῶλος & ἵππος in turpibus, vt oſtẽdo alibi. Domitus autem hoc Epig. cõtrarium τῷ πωλοδάμνης ſic *domitor* apud Tibull. Ele. 1. lib. 4. Heſych. v. πῶλος.

Cuius eſſet puer) Hæc non ἁγνῶς accipiẽda, puer enim obſcœnum eſt: aliter hoc opere puer pro quolibet ſeruo. lin. 9.

Ad ſe explicuit.) Poſtea, *lateriqne applicat meo.* lin. 13.

Manum demiſit in ſinum.) Theocrit. Id. 17. lin. 14.

Κόλπον εἰς εὐώδη ῥαδινὰς ἐπιμάξατο χεῖρας.

Auſa eſt ambroſium manibus tentare tenellis
Diua ſinum.

Quid ῥαδιναὶ χεῖρες in illo Theocriti verſu, non omnibus notum eſt ῥαδινὸν proprium Veneris Epithetum, ſic ῥαδινὰ Ἀφροδίτα apud Hephæſtionem in verſu Sapphonis ῥαδινάν δὴ Ἀφροδίταν malè βραδινάν. Veneris pedes ῥαδινοὶ in hymnis

πὼη

Ποσσὶν ὕπο ῥαδινοῖσιν ἀέξατο.

Candida ſub facili creſcebant lilia plantâ.

Sic pedes ῥαδινοὶ ὠκύποδες vt Anacreon ῥαδινοῖς πώλοις Interpretatur Æſchyl. ὠκυπόλοις, Ibicus μέγα interpretatur ῥαδινὸν σύμφωνον Steſichorus. ead.

Pertrectato vaſculo tam rudi) ſic primum legimus verbum nequitiæ, deinde interpretamur puellũ ſiue pullũ rebus veneriis nondum initiatum, ὁ μεμυημένον τῆς Ἀφροδίτης ἔργων. Heliod. l. 1. τὸν παῖδα τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθῆ Ariſtẽ. Epiſt. 4. l. 1. & Epiſt. 10. eiuſd.

libri ἐρωτικῶν ἀγύμναστον παῖδα καὶ παντελῶς ἀμύητον Ἀφροδίτης ſic Epiſt.7. lib. 2. παιδισκάριον τοῦ φιλήματος ἀμαθές. ibid. παρθένος γὰρ ἅτε τῆς Ἀφροδίτης ἀμύητος ἔτι. Itaque *rude vaſculum* τὸ μειράκιον ἀμαθὲς Ἀφροδισίων. Sic *rudis* apud Propert. Eleg. 9. lib. 1.

Atque vtinam poſito dicar amore rudis.

Rudis nondum initiatus, Inſtitutio. tit. 1. §. 1. Magnam autem à me inibit gratiam qui docuerit, quâ ratione impulſi correctores τὸ *pertrectato* in tot prodigii monſtra mutauerint. Autor enim centonis notæque impudicæ Petronius, voluit vti verbo ſibi conuenienti. ſic poſtea *pertrectaui gaudio diſpoliatum torum*. Sic in Auſonio.

totum bene conſcia lectum
Pertrectat ſecura manus.

Et alibi. *pertrectare, attrectare, tractare*, eiuſdem ſunt ponderis in tractatione ponderis obſcœni. Proh pudor! cur te violo?

lin. 16. *In promulſide.*] Vide quæ diximus antea ad hæc verba *inter titulos*. promulſis quod recentioribus Græcis πρόπομα. *militabit* quod ſequitur verbũ eſſe flagitii iam cuiuis è triuio notum.

lin. 17. *Poſt aſellum.*] Notaui ad Lucia. poſt aſellum i, poſt *laſciniam faſcini*, vt ipſe dicit poſtea. Sic aſinus in obſcœnis apud Lamprid. *In Alagab.* & *Cõmodo*. Phædr. Lucia. ὄνος hac acceptione, onobeli apud eundem Lampridium, & aſinus obſcœnus ſubiecta materies Apuleio. Diaria verò piſciculi minuti puſiones & puer, i validi ſolùm ad irritandam non ſatiandam Venerem.

Digitized by Google

Diaria non ſumo.] Diaria vnius diei penſa. Quid dicat notum ex antedictis. *ead.*

Deuirginetur Pannychis.] Hæc in animo habuit Lucia. *Dial. Meret.* διακορήσεται ἡ Παννύχιον. de nomine huius impudicæ legend. Heſych. verb. φυλακτηρία. Alexis compoſuit poëma hoc nomine apud Athenæ. & Callipus apud eundem, Pherecrat. apud Harpocrat. Nec dubito nomen appellatiuum pro omni meretrice. *Deuirginetur* autem vt apud Marc. Varron. περὶ ἰσαγωγῆς ſic *ancilla deuirginata* leg. vlt. de off. præſid. D. Hieronym. *in lib. de monogam.* Hyginus *fab. 23.* Idem *inflorare* vt in Compendio Prophet. Mſſ. *lin. 21.*

Non eſt virgo, imò ſe iam dimiſit inflorari. Copioſè hac de redicturi quidam ad Stephã. περὶ πολε. Verb. Ζωστήριον ex Scholiaſt. Callimach. εἰς Αρτ. Theocrito, Scholiaſt. Apollonii ad li. 1. Catullo, Homero apud Gell. c. 10. lib. 9. Hyperide apud Hermogenis interpret. aliis.

Nuptias fecerunt.] Nuptiæ pro omni concubitu. Notum. & ſatis Demoſthen. interpret. contra Æſchin. V. C. Iac. Cuiac. Obſer. ex Æſopo Latin. in vita Alexandri. Plaut. Moſtell. ſic γάμον de equo dixit Oppian. lib. 1. κυνηγ. & lib. 3. ſic γαμεῖν de piſcib dixit Ælia. cap. 14. lib. 1. cap. 10. lib. 2. hiſt. animal. *lin. 27.*

Sufficere huic petulentiæ.] Etiam vulgo cõcipitur hic locus. Imò ne hunc quidem interpretes aliqui minima interpretatione dignati ſunt, cum tamen in duabus dictio- *lin. 29.*

nibus notanda eſſet obſcuritas obſcœnitaſque. *ſufficere* quod Plauto *fortè* & Comicia. *petulátia* iuuenilis in Venerem impetus.

Nec puellam.] Tale illud apud Homer. Iliad. λ. interpretes aliqui

Κνειδίης ἢ οὔ τι χάειν ἴδε.

I. ἢ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίζεσθαι vt loquitur Sappho apud Scholiaſt. Pindari & Max. Tyr. diſſert 9. χαρίζεσθαι hac ſignificatione notum, & copioſa Vlpian. ad Demoſthen. περὶ τῆς ἐν χερρ. Donat ad Heſcyr. Act. 4. Sc. 1. ne repetam ea quæ V. C. Iac. Mauſac. dixit ad Harpocr. χάεις ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι, *la courtoiſie.* Plut. ex Sappho. ἐν τῷ Ερωτικ.

ead. *Eius ætatis*] anno 12. Has immaturas virgines vocabant ὀμφάκας Euſtat. ſiue Eumath. l. 5. Amor. eleganter virginē immaturā deſcribit, φεῖται παρθενίας ἐμῆς, μὴ πρὸ τοῦ θέρους ἐκθλίψῃς τὺς στάχυας, μὴ τὸ ῥόδον τρυγήσῃς πρὸ τοῦ κύψαι τῆς κάλυκος, μήπε τὴν σαφυλὴν ὀμφακίζουσαν, μήπως ἀντὶ νέκταρος ὄξος ἐκθλίψῃς. Legend. Varr. Agath. Ariſtenet. Epiſt. 7. l. 2. Horat Od. 5. l. 2. Scholiaſt. Ariſtophan. ad Acharn. bis. Hinc prouer. Σικελὸς ὀμφακίζει. Ariſten. loc cit. & ibi Clariſſimus interpres.

lin. 30. *Vt muliebris patientiæ l. p. accipere.*] Virgo quæ legē maritalē & ſociale iugū pati non poteſt, ea eſt quæ ἀζώρωτος Polluci c. 4. l. 2. Ariſtoph. ἀζωρώτη Lyſiſtr. Male ex eo Suidas ἀζωζότη ſic *ferre iugū* apud Plaut. Curcul. Hinc Adiuia apud Lacedæmo. γῆ παρθενικὴ. quæ magiſtris ἀγνὴ καὶ ἄμικτος. Leg. Horat. Od. 5. lib. 2. Stat. Achill. 1. Contrà tēpeſtiua & *Veneris muneribus potens*, apud

Horat leg. Hippocr. lib. de Natur. *muliebri. virginẽ maturã* dixêre Virgil. l. 7. Gell. c. 8. l. 12. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. Symmach. Epiſt 3. l. 6. *Viripotẽs* toto iure ciuili, Gl. Vet. *Viripotẽs, virago, adulta,* ἐπίγαμος κόρη ἔπανδρος, quæ *grandis* dicitur Plaut. Terent. Martial. Græcis Grammaticis ἐπιγάμους καὶ ἐπιτελής. ὡραῖα γαμεῖσθαι. Heſyc. Cur ἐπιγάμους tangit I. Pollux c. 4. l. 2. Emendo in hac voce Heſych. ταύρειος ὁ Ποσειδῶν, ταῦρος, &c. Cur Taurinus Neptunus, dico ad Pauſan.

Virum paſſa ſum.] ἀνδρὸς γέγευμαι Æſchyl. apud Plutarch. Suid. Lucia Dial. Meret. *lin. 33.*

Iunonem meam.] Precatur Quartilla iratum ſibi Genium. Iuno Genius fœminarum. Plin. c. 2. lib. 7. Hinc iocus Satyricus Iuuenalis Sat 2. *ead.*

Et per Iunonem domini iurante miniſtro.

Dominus ille materſ. Hinc matronæ cultæ ſpecie Iunonis, qua de re Lipſ. ad Tacit. lib. 5. Iuno materſ.

Poſſe taurum tollere.] Et *taurus* & *tollere* impudica ſunt, ſic ταῦρος vtriuſque ſexus τὸ αἰδοῖον. Grammatici, qui tragicam vocem eſſe notant, *tollere* apud Martial. & Satyricos hoc ſignificatu. *p. 18. lin. 4.*

Ne maiorem iniuriam.] I. ne quis Gitonem poſtica Venere tentaret, *maior iniuria*, præpoſtera Venus, ὕβρις. dico poſtea. Hic locus malè feriatus vt & cæteri ferè omnes, quod præfiſciui. *lin. 5.*

In Secreto] vt antea. Explicuimus hunc locum: ſic poſtea. *Deprehẽſus puer in ſecreto.* Male igitur qui repoſuerunt *ſcorto.* *lin. 6.*

Flammeo.) Copioſè de flammio interpres *lin. 8.*

Apollonii lib. 3. vbi male ſcriptum καλύπτραν. luteus erat color flammei; Luc. lib. 2. cuius verſum tranſcripſit Paſſerat. Epithalam. Henrici 4. Ricam antiqui dicebant. Illud notum eſt, ſed hoc non item Fœminæ poſt diuortium ſi denuo conueniſſent in manū mariti, veluti nouæ nuptæ flammeo velabantur. Itaque Q. Calaber lib. 14. Helenæ deuenienti in manum prioris mariti apponit flammeum.

> Καὶ ῥα καλυψαμένη κεφαλὴν ὑπένερθε καλύπτρῃ
> Ἑσπέτ' ἐπισσυμένοιο κατ' ἴχνια ἀνδρὸς ἑοῖο
> Αἰδοῖ πορφυρέουσα παρήϊον.

Huc pertinet lex 27. & ſeq. C. de adult.

lin. 16. *Nomen nuptiarum.*] Paſſim apud Iuriſconſultos. Lucia. Vera. hiſtoriar. lib. 1. καὶ οὐδ' ὄνομα γυναικὸς ὅλως ἴσασιν. Achill. Tat. lib. 6. καὶ ὄνομα μὲν ἦν τῷ δείπνῳ γάμοι. Apul. dixit *titulum nuptiarum.* Non expauerat autem Pannychis nomē nuptiarum, quippe quæ eiuſmodi luſum ſæpe viderat, horrent caſtæ virgines. Eleganter hac de re Minut. Fœl. Oct. Ariſten. Epiſt. 10. lib. 1.

lin. 19. *Per rimam improbe deductam.*] De his fornicum rimis Propert. *Eleg.* 1. l. 4. Martial. *Epigr.* 35. lib. 1. Iuuenal. Sat. 9. Apul. *Mil.* l. 3. Ariſten. *Epiſt.* 7. lib. 2.

lin. 24. *Valgiter labra.*] Locus alius dicendi de hoc poppyſmate.

lin. 25. *Furtiuis oſculis.*] δρεπτοῖς. Teleclides apud Heſych. ait δρεπτὸν ἐστὶ φιλήματος εἶδος.

lin. 30. *Inter pueros capillatos.*] Capillati illi è Campania. Plin. c. 5. lib. 3. qui rationem

reddit. cætera notiſſima.

Soleatus.] Afran. apud Marcell. Cicer. in Verr. *lin.* 33.

Pilâ ſparſiuâ.] Næuius, Tarentilla, apud Marcell. Plaut. Curcul. Act. 2. Sc. 3. dixêre *datatim ludere*, ludere pilâ. Varro apud Marcell. dixit *expulſim* ad quod alludit Petron. poſteà, *quæ inter manus luxu expellente vibrabant*, leg. Athen. c. 8. lib. 1. *ſparſiua* an *ſparſina* dixeris haud refert, quod ideo ſubiungo, quia cum hunc locum liguriſſem in epiſtola quadam, nonnulli turpiter carpere auſi ſunt, & ſparſiuam ſolum dici aſſeruerunt. *ead.*

Trimalcio lautiſſimus homo.] Has duas dictiones vltimas non eſſe gloſſema, vt quibuſdam viſum eſt, & præcedentia & ſequentia probant, confirmant etiam eas Mſſ. *lin.* 8.

Matellam argenteam] auream habuit Baſſa apud Martial. *Epig.* 38. lib. 1. myrrhinam & onychinam Heliogab. Lamprid. in Heliogab. ſed nos in eo libro *De varia ſupellectil. accumb.* *p.* 19. *a lin.* 4.

Digitos concrepuit.] Signum vocandorum eunuchorum vt matellam ſupponerent, ſic intelligendus Martial. *Epigr.* 89. lib. 6. *lin.* 9.

Cum peteret ſeram me dia iam nocte, matellã
Arguto madidus pollice Panaretus.

Matellam ſpado.] Viliſſimum miniſterium matellam ſupponere, vt patet apud Senec. *Epiſt.* 78. Plutarch. *In Apopht.* Huic tamen adhiberi ſoliti delicati pueri, ſiue deliciæ, vt teſtatur Epicrates apud Athenæ. c 7. l. 6. *lin.* 10.

Καὶ ζῶντ' ἀγγείῳ μιεχυμμίῳ τινὶ
Τὴν ἀμίδα φέρειν.

ead. *Exonerata ille veſica.*) Rectius Mſſ. *exonerata illâ veſicâ*, & magis hoc ad acumen Satyrici. Exonerare hoc ſignificatu poſtea. Suet. *Claud.* c. 33. paſſim medici.

lin. 13. *Longum erat.*) Vtitur eodem dicendi modo Caſſiod. c. 33. de *Diuinis Lection.* & *Epiſt.* 42. lib. 2.

lin. 18. *Iatralipta.*) Plin. *Epiſt.* 4. lib. 10. *Vſque ad periculum vitæ vexatus Iatraliptem aſſumpſi.* Cor. Celſ. *De remedi.* c. 1. lib. 1. *Sanus homo eſt, & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico neque iatraliptâ egere.* Hos Plin. cap. 1. lib. 29. *Reunctores* vocat. Vnctores autem illi non ſolum in morbis adhibiti, verum etiam in voluptate. itaque varia vnguentorum genera tractabant, de quibus Pompo. Sabin. l. 21. de aur arg. & vng. legat. *Non tantum ea legata videntur quibus vngimur voluptatis cauſa ſed & valetudinis qualia ſunt comagena, glaucina, ir.* Cur autem in cõſpectu eius, ratio quæ apud hiſtoricos appetitus Imperatorii prouocandi gratiâ, patet apud Suet. Lamprid.

lin. 21. *Phaleratis curſoribus.*) Non ſolum phalerati erant curſores, verum etiam variegati texturis. Spart. Æl. Vero. *Iam illa leuiora, quod curſoribus ſuis exemplo Cupidinum, alas frequẽter appoſuit, eoſq; ventorũ nominibus ſæpe vocitauit, Boreã alium, alium Notũ & itẽ Aquilonẽ aut Circiũ cæteriſque nominibus appellans.*

ead. *Chiramaxio.*) ὀχλαδία vt multis dixi ad Lucia. & dictur᷒ ad librũ ſingularẽ *de Curribus*

Delicia.) πάνυ τιμώμενον μειρακίσκον Lucia. *lin.22.*
de Merced.conduct.

Puer vetulus lippus.) Quo deformiores *lin.23.*
deliciæ quædã,eo cum maiori pretio,vt de ligno loquitur Senec.c.9.l.7 *De Benefic. Video iſtic menſas & æſtimatum lignũ Senatoris cenſu,eo pretioſius quo illud in plures nodos arboris infœlicitas torſit.*

In aurem ſecreto.) Vt apud Perſ Sat. 5. Iu- *lin.26.*
uenal. Sat. 9 Martial Ep. *in Neſtorem* Lucia. *De non tem.cred.cal.* & paſſim alibi.

Collegæ.) Quinam fuerint,patet pag. 2. ſc. *ead.*
Agamemnon,Menelaus,Aſcyltos, Giton.

Oſtiarius.) De hoſtiariis,quomodo in catenâ, in fune, in cane, quales domorum, cubiculi, templorum, ſacrariorum, liberi, ſerui, hoſtiariæ, dico alibi.

Pica varia.) Mſſ. *Vario* quod ferri poteſt. *lin.33.*
De his auiũ ſalutationibus & vocibus leg. C.V.H.Caſaub.ad Perſ Prolog.

Canis ingens.) Non ſolũ in atriis canes, *p.20.lin.*
ſed etiã in baſilicis & veſtibulis templorũ. 2.
Lucia.Timon.alii hoc paſſim.

Caue caue canem.) Sic ſcribendum apud *lin.4.*
Marcell. verb. *Abdicatus.* Græcis prouerb. εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα Ariſtoph. Lyſiſt

Trimalcio.) Seruant adhuc hoc nomen *lin.8.*
vetera numiſmata. In quorum parte C. NERO AVGVST. IMP. In altera *Trimalcio.* Ex hoc video eos longe falli qui Senecam cœnamque eius deſcribi à Petronio arbitrãtur. Falluntur etiã qui dictionẽ aſpirant ſi fides numiſmatis ſeruanda ſit. Idem in eadem error dictione apud interpretem Thucydid. lib. I. Φιλοκτήτης

διὰ τοῦ Πάριδος θάνατον νόσον νοσήσας καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, ἐπελθὼν ἐκ τῆς πατρίδος, ἔκτισε πόλιν, ἣν διὰ τὸ πάθος Μαλαχίαν ἐκάλεσε. leg Μαλακίαν.

ead. *Capillatus & cæt.*] Mercurius capillatus ſiue ex numero Deorum intonſorum ſiue ἀκερσεκόμης. ad Mercurii formam depictus Trimalcio. Contrà, Athenis Mercurius depictus ad formam Alcibiadis, Romæ ad formam Auguſti. Alludit Anacreon his verſibus

Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
Ἢν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

lin.9. *Mineruaque.*] Haud dubiè reſpicit Petron. ad illud Senatuſconſultum, *quo ſtatutum aureum Mineruæ ſimulacrum in curia, & iuxtà principis imago.* Tacit. Annal. 14. Reginas autem ambulare ſolitas tæniis ductis à ſpadonum vel Iuuenum grege notum.

lin.14. *Mercurius in tribunal.*] Mercurius præerat apotheoſi, itaque diuinandus Trimalcio, & in Deorum numerum referendus rapitur à Mercurio. Sic diuinandi multi rapti à Mercurio, Iulia. Imperator *Cæſaribus*, Lucia. *Icaromenipp.* Itaque Horatius ripſaſpis, fugâ morti ereptus, fingit ſe diuinatum à Mercurio Od.7.lib.1.

Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit aëre:

Scio locum Horatii longe aliter capi à Paſſeratio ſiue Richardo ad hunc Petronii locũ, & aliter ab interpret Horatianis,

Ad

Ad hunc ritum reſpiciens Lucia. in Ioue tragœd. Deos omnes facit ſublimes rapi à Mercurio. Apul. l. 7. diuinatam facit Pſychen à Mercurio.

Præſto erat fortuna.] Q. Curt. l. 3. *Nam cùm præſto eſſet vbique fortuna.* Ad huius autem loci explicationem facit Tacit. Annal. 15. *templumque fecunditati & certamen ad exemplar Actiaca regionis decretum, vtque fortunarum effigies aureæ in ſolio Capitolini Iouis collocarentur.* lin. 15.

Tres Parcæ] Naſcentibus principum filiis Parcas adſtare faciebant iungebant inſuper Lucinam & Appollinem. Pind. Od. 6. Olymp. lin. 16.

Τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε μοίρας:
ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων, ὑπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς ἴαμος.
ἐς φάος αὐτίκα.

quo loci Schol. οὐ μόνον περὶ εὐτεκνίας ἀλλὰ καὶ καλλίστης γενέσεως τοῦ παιδὸς dixeris λαμπροτάτης καὶ βασιλικῆς.

Aureæ penſa.] V. CL. Theod. Marcil. ad ead. Horat.

Grande armarium.] In omni amplioris fortunæ domo armaria, in quibus libri lectitandi. Plin. Epiſt. 7 lib. & alibi. Libidinoſus iſte pro libris pixidem barbæ ſuppoſuit, alii poſtea Imperatores alias nugas. lin. 9.

Lares argentei] Prioris æui ſuperſtitio ligneos, lapideos, & figulinos ſiue fictiles Lares habuit, vt patet apud Liuium, Ouid. lin. 20.

Digitized by Google

Plutarch. vt notet Satyricus delicias ætatis, luxum elegantiaſque domus Aureæ Lares argenteos facit.

lin. 21. *Venerisque ſignum.*] Octauia Neronis vxor culta Veneris ſigno, huius habebat ſignum in armario Nero, priuſquam illectus fuiſſet Poppeæ formâ. Ex hac mea interpretatione, coniicio Tacitum expleri poſſe apud quem fine 14. Annal. *repetitum* * *venerantium.* Expleo. *repetitum Veneris ſignum adorantium.* Intelligit reditum Octauiæ eamque redditam maritali connubio, fœminæ cultæ Veneris ſigno, quædam Iunonis, notum. Quid ſi Popeæ ſimulacrum & Popeam dicamus hîc eſſe Veneris ſignum quam quidem coluiſſet adhuc adulter? Amicas dictas Veneres notat Lucret. lib. 4 Plaut. Curcul. ſc. 3. Virg. Ecl. 3 prior interpretatio verior.

lin. 22. *Pixis aurea.*] Statius vocat hanc pixidem *aurum coronatum.* De coma Earini.

Ite comæ, facilemque, precor trãſmittite pontũ
Ite coronato recubantes molliter auro.

De barbæ capillorumque depoſitione, conſecratione ac voto, protritum eſt.

lin. 23. *In medica.*] Rectè ſic libri Mſſ. quos ſecutus Scaliger.

lin. 28. *In poſtibus Tricliniĳ.*] Explicat Theodor. Marcil. V. Cl ad Perſ.

lin. 30. *Embolum nauis.*] Gloſſ. Vet ἔμβολον ἐπὶ νεὼς· *hæc roſtra.* Embolum tamen à roſtris diſtinguit Pindar. Od. 4. Pyth.

ἐπὶ δ᾽ ἐμβόλῳ
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν.

Embolis, Athen. l. 5. Æſchyl. in Perſ. Gloſſæ Mſſ. ἔμβολος χάλκωμα περιτιθέμενον περὶ τὴν πρῷραν ταῖς ναυσίν. leg. ἔμβολον. Appian. lib. 5. ἐμφυλ. περικειμένων τῷ κοίλῳ τῶν ἐμβόλων. Alia ἐμβόλου acceptio apud Athen. ſed obſcœna.

G. POMPEIO, &c.] Alludit dubio procul hæc inſcriptio ad vetuſtiorẽ cuius hæc verba quæ exſtãt adhuc in hortis Mẽdozz. *lin. 31.*

G. Pompeio. Imperatori.

Menas. diſpenſator.

Auguſtales autem qui primos in bello ducebant ordines, ita dicti, quod hoc munus ab Auguſto recepiſſent, legend. Renat. Veget. lib. 2. de re militari. De Seuiris V. C. Iſ. Caſaub. ad Capitol. M. Anto Philoſ.

Lucerna bilychnis.] De lucernis Athen. ſine lib. 8. & nos in libro, *De multiplici ſuppellect. accumbentium.* *lin. 34.*

G. Noſter.] Imperatores dicti *noſtri*, Poëtæ paſſim. Sic apud Symmachum Epiſt. 47. lib. 3. vbi rectè V. CL. Iſ. Caſaub. reſcribit *noſtri Gratiani.* Sic enim idem Symmach. Epiſt 8 libri eiuſdem *Solemne eſt Diuo noſtro Theodoſio.* Sic in veteribus numiſmatis Vot. V. vel. X. CÆSARVM NOSTRORVM. quod à Domitiano vſitatiſſimum. Suet. Domit. *p. 21. lin. 4.*

Foras cœnat.] Cum in re aliquâ eſſent occupati, apponebant fronti atriorum eos impeditos. Hoc etiam faciebant Philoſophiæ doctores CRAS NON PHILOSOPHATVR IN SCOLA. Varro Eumenid. Lucia. Hermotim. Plaut. Aſin. Act. 4. Sc. 1. *ead.*

H ii

In foribus ſcribat occupatam eſſe ſe.

lin.5. *Luna curſum.*] Tangit domum Auream à Vitellio poſtea perfectam Suet. Vitell.

Stellarumque ſeptem.] Quas ſuo penicillo depingit Apul. lib. 2. Florid. quem longiorem non exſcribo

lin.6. *Qui dies boni.*] Suet. Aug. c. 92. Ouid. 1. Faſt. Alius locus dicendi quantâ cum curâ dies obſeruauerint, nec ſolum dies ſed & horas, Iuuenal Sat. 6.

ead. *Diſtinguente bulla.*] Cùm notarent oppoſitas ἡμέρας καθαρὰς, καὶ ἀποφράδας ἢ μελαίνας, combuſtas & incombuſtas vtrique addebant album vel nigrum culculum.

lin.9. *Procubuit ante pedes.*] Vt apud Homer 1 & 6. Iliad. *adgeniculari* ἀμφιπεσεῖν. Apollo. Rhod. lib. 1 Homer. Odyſſ.

ἠΰτε κούρη
Οἴοθεν ἀσπασίως πολιὴν τροφὸν ἀμφιπεσοῦσα
Μύρεται.

lin.10. *Et rogare cœpit.*] Tanquam cliens patronum. Cliens rogabat patronum vt cauſam ſuſciperet Patronus non niſi rogatus cauſam ſuſcipiebat. Hinc in Gloſſ. Vet iuncti Aduocati & Rogati *Aduocatus*, *rogatus*, συνήγορος Plaut. Caſin. Sc. *vltima.* Sic Petronius poſtea *Idem ſeruus pro quo rogaueramus.* Huius rogationis formulam refert Cic. Epiſt. 9 lib. 5 ad famil. *Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſeruas P. Vatinius ad te venit qui pro ſe cauſam dicier vult.* Contrà, Clientes. Quorum cauſa ſuſcepta erat, dicebantur *ſuſcepti.* Sic *ſuſceptus* pro cliente Serui. ad illud 6. Æneid.

Digitized by Google

Et fraus innixa clienti.

D. Ambroſ. ſerm. 93. D. Auguſt. Epiſt. 59. Tangit V. CL. Theod. Marcil. & Rithersh. ad 12. tab.

Subducta veſtimenta.] Martial. Epig. 40. *lin.* 12. lib. vlt *ſubducta eſt puero namque lucerna tuo.* Qui veſtimenta Dominorũ in balneo cuſtodiebãt, dicebãtur *veſtiſpici*, quod frequẽti diligentia veſtes inſpicerent Marcell. *veſtiſpici* apud quem lege *veſtes ſpiciunt.* Habet enim à Varron. Pappo *Veſtiſpicum quod veſtem ſpiciat.* Plaut. Trinummo Act. 2 Sc. 1.

Veſtiſpica, unctor, auri cuſtos, flabellifera.

In balneo.] De furibus balneariis, protritum. Hos fures *Lauantium prædones*, vocat Tertull. Apolog c. 44. *lin.* 13.

Retulimus pedes] Catull. Virg. Phædr. ſic *pedem efferre*, Suet. Tiber. c. 38. Ennius Medea apud Marcell. apud quem lego, *Vtinam ne me vnquam vecordis cupido Colchis pedem extuliſſe!* Conqueritur Medea ſe ob vecordem cupidinem patriam terram deſeuiſſe. Vecordis caſu nominandi, notum. *lin.* 14.

Superbus ille ſuſtulit vultum.] αἴρειν ὀφρῦς ſignum animi contemnentis, Diphil. apud Athen. Petron. poſtea. *ſupercilium altiùs tulit.* vt ὄγκον αἴρειν, apud Sophocl. in Aiace flag. & Plato. in legib. ſic ὑψοῦν αὐχένα apud Iſidor. Peluſiot Epiſt. 224. legend. D. Hieronym. apud Io. Saresberi. Epiſt. 184. ſic in Epiſt. Auguſti ad Q. Horat. *Neque enim ſi tu ſuperbus amicitiam noſtram ſpreueris, ideo nos quoque ἀνθυπερηφανῶμεν.* Grammatici Græci dicunt φρυάσσεσθαι, ἐπεγείρεσθαι, μεγαλο- *lin.* 17.

Niuatam:] Cuius iuuentio ſub Nerone, *lin.31.*
vt licet colligere ex Senec. Natur. Quæſtion. cap. 13. lib. 4. *Vnguentarios Lacedæmonij vrbe expulêre, & propere cedere ſuis finibus iuſſerunt quia oleum diſperderent: Quid illi feciſſent reponenda viuis officinas, &c.*

Sed obiter cantabant.] Qui pedes lauabãt, *lin.35.*
qui tollebant paronychia cãtare ſolebant leg. Anto. Monachus *Itiner.*

Paratiſſimus puer.] Mirum Si quidem di- *p.22.lin.*
uitum ſerui ad vinum præbendum negli- *2.*
gentiſſimi ſunt: hinc querela pauperum in Saturnalibus apud Lucia. δὴ οὐδ' ἐς κόρον ὁμοίως φασὶ πίνειν. τοὺς γὰρ οἰνοχόους ὑμῶν ὥσπερ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους κηρῷ βεβύσθαι τὰ ὦτα.

Pantomimorum non patris?] De Pantomi- *lin.4.*
mis res expedita ſatis eſt à doctiſſimis. Huic loco conſimilis locus eſt apud Iulia. Miſop. vbi de Lutetia, Κελτῶν πόλις δ' εὐδαίμων καὶ μακαρεία καὶ πολυάνθρωπος εἰκότως ἄχθεται, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν ὀρχησταί, πολλοὶ δ' αὐληταί, μῖμοι δὲ πλείους τῶν πολιτῶν. malè legebatur Κελθῶν. De his alii cum eo duo hoſtes Chriſti Lucia. Zoſimus.

Allata eſt guſtatio] priori loco conuenië- *lin.5.*
ter appoſuit guſtationem. Hac enim prandio initiari ſolebãt, ſic antea *guſtatione mirifica initiati.* Guſtatio eſt pars illa prandii quæ fiebat ſtatim poſt balneum, vt apud Plin. lib. 3. Epiſt. & poſt vnctionem, vt vidimus antea, ad hæc verba, *Intrauerunt palæſtritæ*, & apud Suet. Aug. Sed plerumque omiſſa τῇ χύσει poſt lotionem vngebantur ſic poſtea *balneoque præterito modica*

vnctione vſus. nulla guſtationis facta mentione.

lin. 7. *Locus nouo more primus.*] Quia ſcilicet medius eligi ſolitus vt honoratior: Differit hac de re copioſè Plutarch. Sympoſiac. Gallorum ritus qui *κάθηνται ἐν κύκλῳ, μέσος δ' ὁ κράτιστος ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων, ἢ κατὰ τὴν πολεμικὴν εὐχέρειαν, ἢ κατὰ τὸ γένος, ἢ κατὰ τὸν πλοῦτον.* Athen. c. 14.

lin. 9. *Aſellus erat Corinthius.*] Sic omnino legendum contra correctorum audaciam pridem alii monuerunt, & res per ſeipſa plana eſt Fuſilem fuiſſe ex ære Corinthio aſellum qualia fuſilia ſunt & fictilia in diuitum penu de quibus nos capita ſingularia in opere illo *De Varia ſuppellectile accumbētium.* Promulſidare autem illud eſt quod promulſidem ſiue *πρόπομα* & ipſe Petronius antea & Græci vocant; Manendum enim eſt in veteri ſcriptura quæ *promulſidari* conſtanter tenet.

lin. 10. *Cum biſaccio.*] Vox rariſſima in melioris notæ ſcriptore quoquam: retinent tamen à Latino pleræque nationes quæ idiomatis, vt Imperii, partem retinuerunt.

ead. *Oliuas, &c.*] De his verſicoloribus oliuis, leg. Varr. cap. 66. lib. 4. De re ruſt. Dioſcorid. c. 51. lib. 1. Oliuæ nigræ viliores Horat. Sat. 2. lib. 2.

lin. 13. *Argenti pondus*] Inſcriptum non ſolum culinariis, verum etiam aliis vtenſilibus pondus & pretium rei Athenienſibus triparcis rei domeſticæ ratio. Athen. cap. 1. lib. 4.

Ponticuli etiam ferruminati.] Horum vſus *lin.*14.
aliquis apud Athenæ. vt notamus alibi.

Glires.] In ſummis deliciis glires. In quorum Comedones latæ leges Cenſoriæ, quas refert Plin. lib. 36. Varr. De re ruſt. c. 13. lib. 3. Vide interim errorem Ariſtarchi & Calliſtrati apud. Athen. diſputantium περὶ ἐλειῶ. *lin.*15.

Melle & papauere.] Sic antea. *melle & papauere ſparſa.* *ead.*

Tomacula] de quibus Poëtæ omnes. & copioſe Athen. lib. 3. *lin.*16.

Supra craticulam.] Tomacula aliter cocta nullum emittebant ſaporem, ſolebant itaque coqui dominorum gulam habentes illa craticulis imponere, & fumantia conuiuis apponere. Martial. De craticulis Caſaub. ad Athen. c. 6. lib. 1. *ead.*

Syriaca pruna.] Fuere Syriaca pruna in ſummis deliciis, ad ciborum penè omnium condimenta. Ratio patet apud medicos Galen. lib. 11. De aliment. facultatib. Dioſcorid. c. 136. lib. 1. *lin.*17.

Ceruicalia minutiſſima.] Scio temporibus Syllanis luxum Romanam Rempublicam iugulare cæpiſſe. patet apud Saluſt. Orat. Catilinæ ad coniuratos: Sed tamen omnis hic fere luxus ad aliquem vſum: Neronis tempore luxus alius introductus ad meram molliciem. Neronis inuentum ceruicâlia in triclinio. Tangit Suet. Nero. Senec. Nat. Quæſt. c. 13. lib. 4. de ceruicali. Gloſſæ Philoxeni ὑπαſχόνιον *ceruical.* male, Recteque eædem poſtea ὑπαυχένιον *ceruical.* *lin.* 21

H v

ὑπαυχένιον ſic deſcribit Apul. lib. 10. Mileſ. *Quatuor eunuchi cōfeſtim puluillis compluribus ventoſe tumentibus plumâ delicatâ, terreſtre nobis cubitum præſternunt: ſed & ſtragula veſte, auro ac murice Tyrio depicto probe conſternunt: ac deſuper breuibus admodum, ſed ſatis copioſis puluillis, aliis nimis modicis, queis maxillas & ceruices delicatæ mulieres ſuffulcire conſueuerant, ſuperſtruunt.* ὑπαγκώνιον verò eſt quod Lampridius in Heliogab. vocat *ſubalarem culcitram* ſi locus ſanus eſt. De his acuratiùs alibi.

lin. 22. *Pallio coccino.*] Mos Græcus tranſlatus ad luxum Romanorum Suet. Claud. cap. 11. Quintilian. c. 3. l. 11 Senec loc. cit. & Epiſt. 115. à quibus diſces capitis tegendi palliolo conſuetudinem Romanos à Græcis mutuaſſe. Dico alibi hac de re copioſè.

lin. 29. *Ferreis v ſtellis.*] Lectius & Iuret. ad Symmach. Epiſt. 11. lib. 3. Stellas autem interpretor minuta punctula in ſtellarum formam effigiata. Solin. c. 19. *alia aureas, alia ſanguineas habent ſtellas.* Virg. in Georg.

lin. 30. *Ferruminatum.*] χαλκοκόλλητον Gl. Vet. ferruminatorum annulorum conficiendorum modum & vſum vide apud Alexand. Trallian. qui etiam appoſuit magicum characterem quem non adpingo. Sunt etiam adhuc in vſu & vidiſſe memini.

lin. 31. *Dextrum nudauit lacertum.*] Ælia. ποικιλ. variis locis vbi de Pythagora. Lucia. Alexandro καὶ τοῖς μυστικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἐξεπίτηδες, χρυσοῦς διεφάνη,

δέρματος, ὡς εἰκὸς, ἐπιχρύσου περιτεθέντος. Tangit idem Lucia. alibi. leg. Nicet. Choniat. cap. 4. lib. 1.

quem locum qui legunt aliter, corrumpunt. Habet enim à Virgil. apud quem *ſpirantia æra.* non ora. ſic Petron. poſtea. *qui pene hominum animas ferarumque ære comprehenderat.* Errant etiam qui hoc loco ponunt *nat. varietate.*

Non ſine quodam horrore.] De hoc horrore, ſiue formidine, ſiue ſacro timore, ſiue τῆς ἱερᾶς φρικῆς copioſè alibi. Deo dante. lin. 4

Monocnemon] Hanc emendationē debemus doctiſſimo Scaligero. Nā ibi Mſſ. etiā lin. 6

in mẽdâ, ferri etiam poteſt δ *monochromon, d'vne couche.* Contrà pictura Ialyſi tetrachromon.

lin. 7. *Extremitates.*) De quibus ita eleganter Plin. cap. 10. lib. 36. *Corpora enim pingere & media rerum, eſt quidem magni operis, ſed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere & deſinentis picturæ modum includere, rarum in ſucceſſu artis inuenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa, & ſic deſinere, vt promittat alia poſſe, oſtendatque etiam quæ occultat.*

lin. 10. *Hinc aquila ferebat c. ſ. Deum.*) Fallitur Encolpius nec enim Ganymedes tunc Deus, ſed factus poſtea in cœlo, epotâ ambroſiâ, vt docet Lucia. Dial. Deorum. Locus autem Idæ vbi raptus Ganymedes dicitur ἁρπαγεῖον & ἁρπαγία. Euſtat. Strab. Itaque conſideratiùs Plaut. Menech. Ganymedem in raptu ſiue Catamitum non Deum vocauit, *Nunquid tu vidiſti tabulam pictam vbi aquila catamitum raperet*: & Achil. Tat. lib. 2. Lucia. Icarom. Gl. Veter. *Catamitus*, Γανυμήδης Auſo.

Aut Iouis Elyſii tu catamitus eris

Eadem mẽte Nicola. apud Stobæ. περὶ κολακείας ἔσω Γανυμίδης οὗτος ἀποθεύμενος leg. Γανυμήδης.

lin. 16. *Amor Deos tangit.*] Ita eſt, Encolpi. ἰδοὺ καὶ Ἀπόλλων ἐρᾷ κἀκεῖνος παρθένου, καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχύνεται Achil. Tat. lib. 1. Lucia. Dial. Iuno. & Iouis, ὁ δὲ ἔρως βίαιόν τι ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν. Imò aues ſtimulat, arbores, piſces, lapides, ipſos

etiam vt diſſerit Ariſten. Epiſt 10. lib. 1.

Nemini tamen.) Fruſtra ſunt qui repo- *lin.* 18.
nunt *talem*. Nec attendunt ad amores Iouis, qui diſcedens, deceptarum animos lætitia mulcebat.

Nympha prædata.) Meneclides apud Al- *lin.* 19.
ciphron. καὶ ἡ Μεγάρα μὲν ἱππόπορνος ζῇ, ὅ τα Θεαγένη συλήσασα.

Lycurgo crud.) Dico poſtea. *lin.* 25.

Exercitati vultus) φροντίδος δὲ μέτωπον ἀνά- *lin.* 27.
πλεως Lucia. Catapl. Miror Theod. Marcill V. C. hunc locum inter difficiles numeraſſe mihi.

Quos odiſſe diuites ſolent.) Hanc theſim ſibi *lin.* 30.
proponunt Ariſtophanes in Pluto, Cranto & Theognis apud Stobæ. ſer. 92. Ammian. Marcell. lib. 14. *homines enim eruditos & ſobrios, vt infauſtos & inutiles vitant.* Plin. Ep. 23. lib. 7.

Inquio, tam malè veſtitus) Sic primùm le- *p.* 33. *lin.*
gendum eſt. Simile autem illud Carionis 2.
apud Ariſtophanem Plut. Act. 1. & Sc. Cum enim cœcus dixiſſet ſe eſſe Plutum, dicit Cario

οὐ Πλοῦτος, οὕτως ἀθλίως διακείμενος.

Qui pelago credit.) Credere verbum eſſe *lin.* 5.
nauticum fruſtra eſſet monuiſſe ex Plaut. Moſtellar. & Rudente. Sic in Catal.

Crede ratem ventis.

Ouid. Triſt. lib. 2.

Non ideo debet pelago ſe credere.

Cornel Gall. El. 1.

Nec metui dubio credere membra freto.

Senec. Herc. fur.

carbaſa ventis

Credit dubius nauita vita.

Claud. in Epig.

Ionio credam turgida vela mari.

Prudent. Cathemer.

Audet ſe pelago credere concauo

ſic αὔραις πιστεύειν apud Greg. Nazian. ad Sophron.

lin, 8. *Sollicitat nuptas.*] Sic l. 1. de extraord. criminib. D. ſolicitatores alienarum nuptiarum ſc.

lin. 10. *Sola pruinoſis.*] Hac de re Iuuenal. *Sat.* 7. & Symmach. Ep. 20. l. 3.

lin. 11. *Rectum iter.*] Duplex illud conſtitutum à Pythagora. & à Prodic. apud Xenoph. Multiplex illud conſtituitur à M. Varr. περὶ λέξεων. à Iuuenal. Sat. 7.

Conſilia & vita diuerſum iter ingredietur.

à Perſ. Sat. 3. & 5. ſed tamen rectus vnus limes, cæteri deuii & deflexi. Sapientia vitam in via quæ in plures diffinitur (vt loquitur M. Fœl Oct.) conſtitutam, rectam dirigit, vt teſtatur Cic. 5. de finib. Senec. Epiſt. 118. Clem. Alex. c. 2. l. 2. Stro. Prodicus apud Suid. dixi ad Lucia.

lin. 12. *Propter morum differentiam.*] Caſſiod. Epiſt 3. l. 12. *Tanta eſt in Rep. de morum varietate diuerſitas, vt nemo valeat leges deffendere niſi terror videatur aliquos temperare.*

Neſcio quomodo bonæ mentis.] Ariſt. Probl. ſect 29. διὰ τί ἡ πενία περὶ τοῖς χρηστοῖς μᾶλλον ἢ περὶ τοῖς φαύλοις ἐστίν. Legend. Plutarch. in Galba. D. Baſilius Epiſt. ad Olymp.

Digitized by Google

Ælia. Variis cap. 39. l. 15. Apul. Apolog. 1. Sic autem omne expoſuit Mitio apud Terent. *Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, qui mihi quod ipſe facit, nihil rectum putat.* Quod rectè potiſſimum conuenit cum iſtis *qui ſolas extruere diuitias curant nihil volunt inter homines melius credi quam quod ipſi tenent.*

Lenonibus doctior.) Lenones alio vocabulo pararii, προξενεται, conciliatores, mediatores, emptores, nominatores, iuſſores, mandatores, vt notat Gloſſ. P. Danielis ex Trogo lib. 2. Tale hominum genus doctum aſtutum vorſutum. *lin. 24.*

Iam vehementer excandui.) Audiendus hic Iuuenal. Sat. 6. ad hunc locum *lin. 34.*

Aut odit pueros, &c.

Ita qui fingunt, nihil minus optare quam quod volunt, ſimulant. Senec. in Oedip.

Certiſſima eſt regnare cupienti via
Laudare modica, & otium ac ſomnum loqui,
Ab inquieto ſæpe laudatur quies.

Idem de Dionyſio apud Iuſtin.

Violari.) Qui caſtus propriè ſanctus, violari autem dicuntur res ſacræ. Seru. ad Virgil.

Ephebum in g. deducere.) Sic præceptores dicti καθηγηταὶ Gl. Vet. καθηγητὴς *preceptor* Coll. Græc. ἀσπάζομαι καθηγητὰς *ſalutau; præceptores.* *p. 34. l. 5.*

Gallos Gallinaceos.) Has puerorum delicias notauit Ælian. ποικιλ. cap. 4 lib. 8. Herodian. In vitâ Seueri Lucia. de Gymnaſ. *lin. 24.*

originem profert Ælian. ποικ. cap 28. lib. 2 apud Iauanos luſus eiuſmodi frequentiſſimi, pedibuſque Gallorum nouaculas acutiſſimas addunt, quò cruentius deprælientur patet lib. 1. Nauig. Holland.

eod. *Pugnaciſſimos.*) Ideo Ariſtophani Gallus Gallinaceus dicitur, Ἄρεως νεοττός Auib. quo loci Scholiaſt. Suidas huius appellationis varias cauſas aſſignat, ἢ διὰ τὸ λοφίαν, ἢ ἐπὶ τὰ πολεμικὰ εἷς ὁ βασιλεὺς ἐχρῆτο, propter hanc poſteriorem cauſam ἀλεκτρυόνα dicitur Περσικὸς ὄρνις Heſychio, Ariſtophani loc. cit. & Plinio c. 21. l. 2. Nihil ex his exſcribo quæ Daniel Heinſ. V. CL. ad Theocritum.

lin. 27. *Indulſi.*) Verbum Veneris vt apud Virg. Georg.

concubitu indulgent.

p. 35. lin. 18. *Aditum.*) Hoc apud Græcos etiam ἔφοδος *præcludere, aditum tractari, pati, ſatisfieri, cætera*, & alia huius paginæ, obſcœna

lin. 29. *Quod non improbitas.*) Improbitas hoc ſignificatu quo improbus in l. 12. tab. & lib. 14. *quod metus cauſa* l. 2. *de vi bon. rapt.* ff. apud Phædrum fab. 1. & 5. lib. 1. Min. Fœlix, pag. vlt. ſic cape illud *candidus Hylas repellebat improbam Naiada.* & *manus improba* vt in Gloſſ. *Improbus* ἀναιδής. Virg. 1. Georg. & 4. Æn. vbi non rectè Seruius *improbum* intelligit. Quod apud Homer. eſt Odyſſ. 11. ἀναιδής, illud eſt *improbus* apud Virg. Æn. vlt. Iuſtin lib. 29. *non contenti Italiæ terminis, imperium ſpe improbâ totius orbis amplexi.*

lin. 32. *Gaudium extorſi.*) Sic apud Ariſtoph.

ὑφαρπάζειν θηλείαν Κύπριν. *rapere Venerem* apud Horat.

Beneficio eius.) Beneficium hac acceptio- ne qua poſtea. *Fac vt beneficium debeam.* ob- ſcœnâ ſcilicet. p.36.lin. 3.

Si quid vis.) Idem poſtea *nunquid vis*, eſt autem etiam. *Nunquid vis?* formula diſce- dentis. de qua locus alius. Hinc iocus Plau- tinus Aulul. Act. 2. Sc. 1. ead.

Poſt ſi quis velles te, haud non velles diuidi.

Reddidi illi voces ſuas) *reddere* pro dicere apud Manil. l. 4. lin. 15.

Et ſtudii varias artes ex ordine reddam.

Erectus his ſermonibus.) Quid hac in par- te Petronio exciderit incognitum; partem autem eſſe philoſophicæ diſputationis ſe- quentia denotant. lin. 17.

Pulcherrimæ artes periiſſent.) Philoſophā- tium omnium publica hæc querimonia. Senec. Epiſt. 75. Symmach. Epiſt. 43. lib. 3. Sulpic. Luperc. fine Auſonii. lin 21.

Eudoxus.) De quo Chronologi omnes, Cic. 2. de Diuinat. Grammatici ad 3. Eclog. Ælia. Variis c. 17. l. 7. de eo ſcripſit librum Panocritus apud Athenæ. c. 1. l. 7. lin. 32.

Conſcendit) lego *conſenuit*. patet veritate hiſtorica. Mons autem ille turris fuit ſeu ſpecula quam Cnidii populares Eudoxi venerabantur & vocabant σκοπιὴν Εὐδόξου. ſic Caſſius apud Tacit. Annal. 4. *ſaxo Seri- phio conſenuit*, & ſic rectè Lug. Edit. lin. 33.

Et Chryſippus.) Tangit hunc locum Lu- cia. fine Dialogi de ſectis & alibi. lin. 35.

Ter ellebero.) Ipſe Chryſippus apud Lucia. p.37. l.1.

βίων πέρας. præter Chryſippum varii epotis ſuccis illis purgantibus vt vocat Ouid. exul. Eleg. 3. l. 4. animum deterſerunt. patet apud Senec. c. 3. lib. 1. de Benefic. Valer. Maxim. lib. 8. Ammian. Marcell. lib. 6. Vlpian. Demoſthenis interpretem, ad orationem περὶ στεφάν. Elleborum autem accipe album: hoc enim cerebrum purgare ſoliti, vt ad inuentionem ſufficeret, hac de re Val. Max. c. 7. lib. 8 Gell. cap. 15. lib. 7. Nec prætermittendus Plin. cap. 5. lib. 25 Nam in menda. ſic lego. *ſumptitauerint, vt Carneades reſponſurus Zenonis libris. Druſum quoque*, &c.

lin. 6. *At nos vino ſcortiſque.*) Ita Plaut Bacchid. Varro Eumenidib. Horat. Epiſt. 2. lib. 1. Senec. lib. 1. Controuerſ. Vlpia. Demoſth. interpres ad Olynth. 1. & 2. hæc autem ideo dicta ab Eumolpo quia vinum & ſcorta rationi inimiciſſima *καὶ φράττουσι τὸ ἡγεμονικόν,* vt loquitur Clearch. apud Athen. c. 19. lib. 4

lin. 8. *Accuſatores antiquitatis.*) Accuſatores accipe inuidos, ſic *βασκαίνειν* apud Græcos pro *accuſare.* Demoſth. pro Cteſiphont. Harpocrat. *βασκαίνει, ἀντὶ τοῦ ἀπατᾷ, καὶ μέμφεται καὶ συκοφαντεῖ.* ſic *ζηλοτυπεῖν* eâdem acceptione apud eundem. ſic inuidere apud Catul. *ne quis malus inuidere βασκαίνειν.*

lin. 18. *Si propinquum.*) Hæc nefanda, ſtulta & inutilia vota paſſim arguunt Satyrici: Exempla neceſſaria non iudico.

lin. 19. *Ad trecenties HS.*) Catull. Carm. 13.

Et ſeſtertia quæ ſoles precari
Centum deſine.

Peculio exorat.) Senatus, vt probetur ſe pecuniam concupiſſe, aſſignat Ioui peculium, vt in partem exorari ſe ſinat, dico alibi. *lin* 24.

Non ſatis eſt.) Deuium & fugitiuum Epigramma huc retraho, cauſam nouit qui Petronium attente legit. *lin.* 28.

Non ſatis eſt.) Hæc dicta ſunt cum ſtomacho ὑ μετ' ἐρωτήματος, vt quibuſdam viſum eſt. Tale illud. *Hoc erat quod placuerat tibi.* & illud ſtatim ab initio. *Non alio genere furiarum.* *ead.*

Nos mergis.) Vt *merſor ciuilibus vndis.* legend. Perſ. Sat. 3. *ead.*

Furioſa.) Vt poſteà *furioſam æmulationem, & furioſa libido.* apud Auſon. Epig. *ead.*

Fama ſepulta.) Fabulam interpretatur Scalig. ad Catal. *lin.* 29.

Cognata face.) Famulitii cognatione, ſerui quaſi cognati qui in eâdem familiâ. patet cognati originatione. *lin.* 30.

Sepulti.) Qualis Troia *ſomno, vinoque ſepulta.* Virg. 2. Æneid. Iuſtin. lib. 43. *vrbem ſomno ac vino ſepultam armatis inuaderet.* leg. *armatus.* Apul. lib. 8. Mileſ. Propert. Eleg. 10. lib. 3. *ead.*

Dixit & aſſiduo lingua ſepulta mero

ſed reſcribe, *Et ducis aſſiduo.* Narrat poëta de M Antonio, cuius ebrietas nota, ex Plutar. Dion. Tertull. aliis. In vulgari lectione nullus ſenſus.

In teſta merſas] ἐν ὑδρίαις ἢ ὀστρακίνοις σκεύεσι. Philoſtrat. Vitæ Apollon. lib. 6. Phalaris Aglao. Lucia. Catapl. vide interpretes Perſii ad Sat. 2. *lin.* 32.

lin.33. *Vilis ſeruus.*) Vt antea *vilis adulator.* Sic vilis ſanguis, pro ſeruili, vt interpretamur poſteà.

p.38.lin. 2. *Sed video te.*) Vt oſtendat poëtæ Eumolpi pruritum & verſificandi libidinem vix ſinit illum quatuor verbula humanè loqui.

lin.6. *Phrygas obſidebat.*) Negant quidam, contra Homerum, obſidionem illam decennalem fuiſſe, ſed vnius anni, fruſtraque eos eſſe autumant, qui hanc obſidionem cum obſidione Veiorum comparauere.

ead. *Et vatis fides*) Iliad. β.

lin.8. *Cum Delio prophante.*) Quidam tamen nō Apollinis, ſed Mineruæ monitu id factum ab Epeo dicunt Hygin. fab. 108. ſc. ex Homer. Odyſſ. ϑ.

lin.12. *Decenni prælio.*) Rectè. Nam prælium propriè fuit, non obſidio.

iln. 13. *Irata virtus.*) Ingenioſè qui repoſuerunt *iurata*. Scripta tamen lectio ferri poteſt.

lin. 16. *Titulus.*) Hic ſc. DANAI MINERVÆ DONO DANT. Hygin. loc. cit.

ead. *Fero.*] Equo; notum. Manil. Aſtronomic. lib. 4.

Teque feris dignam tantum Germania matrem.

Vnde vox apud Germanos manſit. Idem lib. 5 *Exagitare feros.* Nazar Panegyric. ad Conſtant Iuſtin. lib. 37. Sic Centauri Semiferi, apud Virgil. & Apul. lib. 4. vbi legendum *ac iam cætera Lapithis Thebanis, Centauriſque ſemiferis ſimilia.* Locus antea diſtortus. Troianus autem equus ſiue ferus

ſpecie

ſpecie prouerbii pro fallacia vt apud Cicer. pro Mure. pro Cœl. 4. Verr. & alibi.

Mendacium in damnum potens.] Hoc profert Theophylact. Simocat. ex incerti ſenario, πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστὴς ἐστὶν ἀξιόχρεως. Plin. Epiſt. 20. lib. 6. Boëtius de conſolatione Philoſophiæ Metro. 5. *lin. 18.*

Fraus mendacij compta colore.

Gaudium lacrymas habet.] De gaudii lacrymis Iulia. Imperator Epiſt. καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς. Ariſtenet. Epiſt. 4. lib. 2. ἔκλαεν ὑφ' ἡδονῆς. Procop. Heliæ Epiſcopo ὑφ' ἡδονῆς ἐδάκρυσα. Lucia. Quomodo ſit ſcrib. hiſt. Liban. in Archidã. Theod. Marcil. ad Perſ. Caſaub. ad Suet. quibus addidi præcedentia. *lin. 21.*

Laucoon.] Sic apud Auſon. Lertiade, pro Laërtiade ex Sophoclis Λαρτίου. Compendium prophetarum Mſ. Laudice pro Laodice. *lin. 23.*

Fata ſed tardant.] Virgil. 2. Æn. Luca. lib. 10. *lin. 25.*

Et niſi fata manus à ſanguine Cæſaris arcent.

Fata illa *fatalem calamitatem* vocauit Cicer. Cæſarian. 2.

Alieno metu] vt ambulare alienis pedibus, apud Apul. Mileſ. 6. Caſſiod. Epiſt. 29. lib. 10. *lin. 30.*

Cum premunt claſſes.] Sic poëmate de Bello ciuili. *p. 39. lin. 2.*

premit aduena claſſes.

Rates vt alta) illud 8. Æneid. *lin. 6.*

Dices innare reuulſas
Cycladas, &c.

K

.lin.7. *Angues orbibus.*] Hos ſerpentes in Phrygia gigni teſtis Ælian. hiſt. animal. cap. 21. lib. 2. quod quadrat cum hac hiſtoria.

lin.8. *Pontem iuba conſentiunt.*] Deſperatum locum ſic puto poſſe reſtitui. *libera portum iuba conſcendunt*, quod conuenit cum Virg. in pari narratione lib. 2. poteſt etiam τὸ *pontem* retinere vt apud Stat. 8. Thebaid.

Contendiſſe putes vter arua arbuſtaque tollat
Altius, an ſuperet pontes.

Emendationem autem noſtram in Petroniũ introduxi, & volui, an debuerim Critici iudicare. Neſcio quem ſenſum hîc capiant qui legunt *ponto*, &, *conſentiunt*.

ead. *Iuba.*] De his iubis Scholiaſtes Pindari ad 1. Od. Nemeonic. Plaut. Amphitr. Sc. 15.

lin.21. *Tergoribus ligant.*] Imitatus Theocritum Idyll. 24.

Τὼ δ' αὖτε σπείρῃσιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδε.
Conuoluunt puerum ſinuoſa tergore cauda.

Intelligit τὸ σκολιὸν τῶν ῥευμάτων, de quo interp. Sophocl. Trachin. legend. Pindar. in Pythiis.

lin.30. *Gladios retractant.*] Sidon. Apollinar: Carmine 5.

His tu vix armis poſitis iterũ arma retractas.

Eugenius ſiue Eumenius Rhetor, pro ſcholis Menianis. *Ipſe iuſſerit diſciplinas artis oratoria retractare.* Sic legendum. Retractare eſt repetere quod ommiſeris. Seru. ad Æ. 7.

lin 32. *In mortem vlt. ſomnos.*) Homer. Iliad π. & apud alios, apud quos iuncti ſomnus & mors, Douzæ tamẽ duo hîc legunt *noctem*. ſcripta lectio tolerabilis.

Ab aris alius.] Eleganter hæc apud Phædrum pag. 92. *lin.* 33.

Contraque Troas.] Idem poëmate De Bello ciuili *lin.* 34.

deſtruet iſtas
Idem qui poſuit meos Deus.

Alluſum ad tritiſſimam euocãdorum numinum formam Interpres Æſchyli ἐπὶ. ἐπὶ Θηβ. λέγεται γὰρ ὅτι ὅτε ἔμελλε πορθεῖσθαι ἡ Τροία ἐφάνησαν τοῖς Τρωσὶν ἀνελόμενοι ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. Sophocl. tragœdia. ξοανηφόροι, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσι ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται.

Extra teli coniectum.] Prouerbialiter ἔξω βελῶν. Contrà ἐντὸς βέλους. *p.* 4. *l.* 6.

Quid tibi vis.] Varro Attii *lin,* 7.
Quod eſt quod latras? quid rabis? quid tibi vis?
Propert. Eleg. 5. lib. 1. Eleg. 3. lib. 3.
Quid tibi vis, inſane?
Quid tibi vis, dictum ad inſanos.

Cum iſto morbo.) Sic Græcis νόσος. Lucia. *ead.* ſiue Ariſtenet Amorib. περὶ χαμνῇ νόσῳ παραγνομήσαντες. Ex Comico in Veſp. paſſim. & nos in ingenti quod molimur opere. Sic νόσος pro deſiderio poëtandi, in Anthol. πέξαι τὴν νόσον οὐ δύναμαι.

Mecum moraris] primâ productâ in *moraris*, vt apud Suet. quem locum reſpicit. *lin.* 9.

Poëtice quam humanè] Poëticè θεῶν ὄπι, vt apud Pindar. humanè ἀνθρωπίνως λαλεῖν. Ariſtoph. in Ranis, Athen. lib. 9. Terent. Adelph. Act. 1. Sc. 1. *lin.* 10.

Sinum meum ſaxis.] Sic Hegemon apud *lin.* 12.

Digitized by Google

Athenæ.c.27.lib.9. λίθων ἔχων πλῆρες τὸ ἱμάτιον, ſic apud Ariſtoph. Acharn. Act.1.Sc.5. Καὶ τοὺς τρίβωνας ξυνελέγοντο τῶν λίθων.

lin. 14. *Sanguinem tibi à capite.*) Denotat Encolpius inſanum eſſe Eumolpum, ideo neceſſariam eſſe ſanguinis miſſionem. Nam furor & mania fit ex ſanguine bilioſo aſcendente. Aëtius cap.8. lib. vlt. Ideoque furioſi vultu rubro, Hippocrat Aphoriſm. 5. & 40. & ibi Galen. Itaque inſanis multum ſanguinis emittẽdum aiebat Aſclepiades, rationem ſequutus, quam profert Cornel. Celſ. de re medica c.18. lib.3. qui etiam copioſè hac de re cap.7. lib.2. hinc Caii Cæſaris iocus in exulem Suet. Caio c.29.

lin. 15. *Adoleſcens.*] Adoleſcentem dixit, quia horum imperitus. Adoleſcẽtes rerum imperiti, apud Ariſtot. Rhetoric. c. 12. l. 2. Sic Terent. Andria Act.5. Sc.4.

Tune hic homines adoleſcentulos
Imperitos rerum.

lin. 16. *Non hodie p. auſpicatus.*] Ex Plauti Rudente Act.3 Sc.4.

Non hodie iſti rei auſpicaui vt cum furcifero
fabulem.

ſic leg.

lin. 18. *Hac me excipere.*] Mſſ. Rectius *hac me excipere aduentitiá frequentia ſolet.* Rectiſſimam lectionem repoſuimus. Hac de re ſc. tam cœnâ quàm Epiſtolâ aduentitiâ, alibi, cætera iſta omnia vitioſa erant ratione interpunctionis.

lin. 25. *Cum linteis & ſtrigilib.*] De his lauãtium vtenſilibus notum, materia non ſatis, vt

lintea ex lana, filo, ſericis; ſtrigiles, ex ebore, argento, auro, confirmantes autoritates alibi profero.

Scires non libenter ſeruire.] Seruire & ſeruũ eſſe diſtinguit Ariſtotel. in Politic. ex quo Quintilian. c. 3. lib. 7. ſeruus eſt qui iuſtam ſeruitutem ſeruit, ſeruit qui iniuſtè. Diagolen. lib. 24. de ſtipul. ſeruor. ſeruiebat non iuſtè non libenter Giton, quia timor eum ad Aſcyltum vt ad fortiorem deiecerat, patet verb. ſeq. lin. 27.

Experimentum oculorum.] Vt antea, *fidem eād. oculorum.*

P. iudicis tui.] Rectiſſima ſcriptura, & miror quoſdam corrupiſſe, *indicis*, Gitonis, vt ante *commiſi iudici litem.* lin. 31.

Tua voluntate cecidiſſe] παραμύθιον Gitoni vt illi apud Virgil. 3. Æneid. lin. 34.

Si pereo, manibus hominum periiſſe iuuabit.

Heliod. lib. 2. Epiſtolâ Thisbes.

Ne quis conſilia deprehenderet.] Sic apud Ariſtenet. Epiſt. 6. lib. 1. σίγα, πρὸς θεῶν, ὦ σωφρόνη, ἔχε ἡσυχῇ, μή τις τῶν ἔνδον ὠτακουστῶν ὑποκλέψῃ τὸν λόγον. lin. 35.

Inuado pectus.] Innuit τὴν τοῦ ἔρωτος ὁρμὴν vox illa, *inuado*, ὑπεισέρχομαι βιαίως *inuado* Gl. Veter. p. 41 lin. 5.

Vultu meo contero.] Albinouan. Conſolat. ad Liui. lin. 6.

Collaque & os oculoſque illius ore teram.

Sic rectè libri antiqui.

Singultibus amabile pectus.] Ouid. Triſtis Eleg. 4. lib. 3. lin. 8.

Et ſingultatis oſcula mixta ſonis.

Digitized by Google

Apoll. Rhod. lib. 1.

Τῇ δ' ἄρ' ὀδυρομένῃ δέδιεν κέαρ ἔνδοθεν ἄτη,
Οὐδ' ἔχεν ἐκφλύξαι τόσσον γόον ὅσσον ὀρέχθει.

lin. 9. *Facinus indignum.*] Eadem vſi querimoniâ Terent. Andr. Act. 1. Sc. 1. Hecyr. Act. 3. Sc. 3. Phormion. Act. 5. Sc. 8. Seneca pater Controuerſ. filius. c. 21. ad Polyb. Lucan. lib. 9. Græcis μῦζος Pollux. Dicunt etiam ἄφατον & μέγα Apollon. Rhod. lib. 1. Heſych. verbo τυκτόν.

lin. 12. *Cicatrix non eſt.*] Hac metaphora paſſim vtitur Symmach. Sidon. Apollin. alii. Contra Achill Tat. lib. 7. p. 170 P. Syr. *Etiam ſanato vulnere cicatrix manet.*

lin 15. *Supercilium altius ſuſtulit.*] Illud ita dixerat antea, *ſuperbus ille ſuſtulit vultum.* Sic in verſibus Menandri οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι. Sic ἐπᾶραι ὀφρῦν apud Arria. Epictet. lib. 3. Ariſten. Epiſt. 27. lib. 1. φρονήματος ἐμπέπληκε τὴν ὀφρῦν. Φρόνημα hac acceptione ſæpe alibi. Solent autem faſtus eiuſmodi amãtium ex eo procedere, quòd ſe amari ſentiunt, vt hoc loci, & apud Ariſtenet. 16. lib. 2. ὑπερόπται γὰρ ἀγαπώμενοι γίνεσθε. Lucia. ἑταιρ. Ita autem ſupercilium potens eſt ad denotandã ὑπερηφανίαν καὶ ἀλαζονείαν, vt inde ὀφρυάζειν, idem ac τὸ ὑπερηφανεῖν.

lin. 16. *Nihil tam queror.*] Eadem apud Saluſt. bello Iugurthino, ex quo ſumpſit Tacit. initium litterarum Vologeſis Annal. 15.

lin. 25. *Pectus ſapientia plenum.*] Inde τὸ στέρνον ἐτυμολογοῦσιν Grammatici παρὰ τὸ στερρὸν τοῦ νοῦ εἶναι ἐνταῦθα. Tzetz. ad Lycophron.

Solum hoſpitem.] αὐτίτην, vt apud Ariſto-

Digitized by Google

tel.i, interprete Demetrio Phaler. ὂν μόνον αὐτὸν ὄντα.

Bene ſit] καλῶς γένοιτο. Colloquia Græca ειεν. Gregor. Nazianz. Epiſt. ad Adelph. κάλλιστα ἔχῃ Theocrit. Idyll. p. 41. li. 3.

Aſcylti partem.] Qui hanc vltimam vocem mutant, non animum aduerterunt ad ambiguitatem verbi, quàm pudor meus non explicat. lin. 6.

Circa ſolium ſedentibus) Solium in balneis, locus expectantium, quod paululum aliud à ſubſelliis. Differunt autem ſcamna & ſubſellia, quod non putauit, vir clariſſim. I. Cuiac. ad Paul. ſententias lib. 3. tit. de Legat. Probo alibi. Non poſſum in hoc opere ſufflaminari. lin. 11.

Flagitabat.] Verbum dubij ponderis. Gl. Veteres *flagitauerit* μετὰ βοῆς ἀπαιτήσῃ, ἀπαιτοῦ βιαίως, *flagito*, quem locum meritò laudat Henr. Stephan. præfat. ad Gloſſar. ſic *poſcere durius*, apud Plaut. Curcul. Sc. 7. Quod notauit Taubmanus. Verbum eſt item rei tacendæ. Apul. lib. 8. Mileſ. *paſſimque circũfuſi nudatum ſupinatumque iuuenem execrandis uredinibus flagitabant*. Inde dicti flagitatores. Calpur. Flacc. Declam. 20. *Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiæ ſuæ mutuo dedecore compenſant*, Inde *flagitium*. Marcell. *flagitium veteres vitium quod virgini infertur, dici voluerunt.* Sic ſtupra & flagitia iunxit Cic. Orat. 2. in Verr. hoc ſenſu flagitium apud Plin. fine cap. 10. lib. 36. Suet. Tiber. c. 44. & ita l. 3. §. 1. *De inceſt. & inutilib. nupt.* lin. 17.

D. Auguſt. c. 25. lib. 1. *De Ciuit. Dei* Iul. Firmic. Matern. *De errore proph. Relig.* Saresberi. Epiſt. 27. patet in iure ciuili.

lin. 19. *Imitatione petulantiſſima.*] Pueri illi qui Eumolpum poëtam inſanum imitatione petulantiſſimâ deridebant, dicti Græcis δικηλῖται. δικηλίτας interpretatur Scholiaſt. Apollonii lib. 1. τοὺς αὐτοπλικοὺς, τοὺς ἐν τῷ σχεδὸν πλεῖν ἄλλον τινα μιμουμένους. Dictio Laconica, Heſych. δίκηλον φάσμα, ὄψις, εἴδωλον, μίμημα, ὅθεν καὶ ὁ μιμολόγος παρὰ Λάκωσι δικελίτας leg. δικηλίτας. Idem poſtea δίκηλον ἄγαλμα ἀνδρείκελος. Lycophron habet δείκηλα, τὰ Διὶ ἴκελα Tzetz. Grammatici Græci dicunt τειγλίζειν. Heſych. vbi legend. καταμίμησιν.

lin 21. *Cum plauſu.*] Hac de re extat Epigramma Martial. 34. lib. 9. non exſcribo.

lin. 22. *Inguinum pondus*] Talis pictura Dei hortorum inter miranda Domini *Du val*, cuius etiam meminit Tzetzes vocans Deum illum δυσειδῆ καὶ βαθυαίδιον leg. βαθυαιδοῖον. Etymol. verbo Ἀβαρνίδα, Priapi nomen leg. Theocr. Epig. 4. Heſych. νάνος ἐπὶ τῶν μικρῶν, ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα οἱ γὰρ νάνοι μεγάλα ἔχουσιν αἰδοῖα· attigi ad Lucia. Lucia. De Dea Syr. quem omnino lege.

ead. *Pondus*] pondus obſcœna dictio, Catull. De Attine furioſo.

lin. 23. *Laſciniam faſcini.*] Eadem mentula Mentulæ ſiue Mamurræ apud Catul. Epigram. 116.

Non homo ſed vere mentula magna minax.

lin. 27. *Neſcio quis.*] Contemnentis formula, vt

apud Terent. Andr. Act. 5. Sc. 2. Cicer. in Piſon. pro Deiotar. & alibi.

Ab officio.] Alii ab officioſo. Lucia. De balneis Hippiæ vocauit κοινὰς τῶν ἱματιοφυλακούντων κατασκευάς. *lin.*31.

Magis impedit.] *Impendit.* Neſcio quamnam hîc ſalſam ironiam deprehendant. *lin.*32.

Mutabam vultum.] Nota amatorii affectus Propert. Eleg. 6. lib 6. *lin.*34.

Mutatoque graues ſæpe colore preces.

Ariſtenet. Epiſt. 11. lib. 1. καὶ ὑφ᾽ ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ᾽ ἕκαστον λόγον ὑφίει.

Iniuriis inimici hilaris.] Hoc ex Terentii Andria Act. 4. Sc. 1. *lin.*35.

Tanquam non agnoſcerem fabulam.] Alluſum ad Comicam fabularum conuerſionem ſiue vltimam partem Comœdiæ, in qua fiebant agnitiones liberorum, agnatorum, &c. de qua dico ad Heliod. *p.*43.*lin.*4.

Vile eſt quod licet.] Vt poſtea *lin.*4.

Quidquid quæritur optimum videtur

Dixi ad Lucian.

Animus errore lentus.] Hæc illis ſequentibus ſimilia, *in pectoribus ira concidit, feras quidem mentes obſidet, eruditas prælabitur.* *ead.*

Ales phaſiacis.] Idem Eumolpus poſtea. *lin.*6.

iam Phaſidos vnda

Orbata eſt auibus.

De phaſianis legend. Hippocrat. de aëre, aquis, & loc. Athenæ. c. 12. lib. 9. D. Hieron. Epiſt. ad Saluinam.

Pictis pennis.] Phæd. fab. 57. lib. 3. *lin.*9.

Pictiſque plumis gemmeam caudam explicans.

ead. *Anas.*] In quibus deliciis olim fuerit Anas ſiue alba gallina docet Plaut. Aſin. & & Captei.

lin. 13. *Amica vinxit vxorem.*]Vel amica generatim, vel mœcha, vt apud Catull. Epigram. in Anfilenam, & Iuuenal. Sat. 4. vt & apud Græcos.

lin. 20. *Nomen poetæ olfecerit.*] Neronem petit hæc celox, cuius tempore odioſiſſimi poëtæ propter principis poëtæ mores & nimiam poëtarum copiam. Plin. In Epiſt. Martial. Satyrici, elegãter Philoſtraſt. in Epiſt. τὸ ποιητικὸν ἔθνος πολλοὶ καὶ πλείους ἢ οἱ τῶν μελιττῶν ἑσμοί, βόσκουσι δὲ τὰς μὲν λειμῶνες, τοὺς δὲ οἰκεῖαι καὶ πόλεις, ἀντεστιῶσι δὲ αἱ μὲν κηρίοις, οἱ δὲ ὀψοποιΐᾳ λαμπρᾷ, ἐπὶ δὲ τῶν ποιητῶν οἱ καὶ τραγήμασιν ἐπιόντες. Sic legend. Nomen autem pro re non præſenti.

lin. 26. *Seniori conuiciarer.*]Hoc nefas & prohibitum omnibus legibus, vt patet apud Diodor. Sicul. lib. 1. Ariſtot. c. 2 lib. 9. Ethic. τὸ autem *conuiciarer*, accipiendum hîc, vt in Gl. Veter. *conuicior*, καταβοῶ. Tangit Rigalt. ad Phœdr.

lin. 27. *Menſam quam H. P.*]Elegans præceptum Theocriti Idyll. 16.

Μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζῃ
Μειλίξαν τ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλοντι νέεσθαι.

Ex hoc fortean Homerico Odyſſ. 15.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Quem locum tãgit Ælia Hiſt. animal. c. 5 lib. 1. Iulia. Epiſt. ad Maximum.

lin. 31. *Fœlicem matrem.*] Contrà Ouid. Triſtis Eleg. 3. lib. 1.

Digitized by Google

Quos ſuus optaret non genuiſſe parens.

Macte virtute.] Attius Philoctet. apud Marcell. *vidixi, his armis, macte, macte virtute patris.* ſic legend. *lin.* 32.

Raram facit.] Sumptum ex Euripide apud Stobæ. ſermon. 64. ſic apud Claudia. de laudib. Stilic. *lin.* 33.

Quem vultus honeſtat,
Dedecorant mores.

Ego pædagogus & cuſtos.] Iuncti pœdagogus & cuſtos, vt apud Plaut. *prologo Mercator.* de his duobus Turneb. Lipſ. Heynſ. Viri Clariſſimi. *p.* 44. *l.* 1.

Linque tuas ſedes.] Inſero rei conueniēs Epig. *lin.* 4

Quem animum.] θυμὸν ſic paſſim animus pro ira. Plaut Mil. Sc. 7. Cic. Cæſa 1. Author ad Herenn. l. 4. Senec. paſſim paſſim. *lin.* 11.

Iam malo vel car. loquaris.] Simile illud Ariſtophanis in Nub. Act. 5. Sc. 2. *lin.* 19.

Ἱππων ἐ τοίνυν, νὴ Δί᾽, ὡς ἔμοιγε κρεῖττόν ἐστιν
Ἱππον τρέφειν τὲ τέθριππον, ἢ τυπτόμενον ἐπιτετριβῶσθαι.

Et ego Irac. ſ. & tu lib.] Parum inter ſe mores iſti coueniunt, nec alius alium ferre poteſt. Plaut. Menæch. Act. 2. Sc. 1. *lin.* 20.

Tu magnus amator mulierum es Meſſenio,
Ego autem homo iracundus.

Idem apud Terent. Hecyr. Act. 1. Sc. 2.

Furioſum eſſe, cede inſaniæ.] furioſi quibus non furor perpetuus, ſed lucida quædam interualla, adueniente morbo præſentes monebant, vt cederent, i. vt hic loquitur Encolp. ocyus foras exirēt Furioſus *lin.* 23.

enim ἄπλαςος, ἀπέλαςος ἢ ἀπλησίαςος, τουτ' ἔστιν ἡ κακὴ μανία ἡ μὴ παρέχουσα ἐμπλησιάζειν αὐτῇ τινά. τοῖς γὰρ μαινομένοις οὐδεὶς πλησιάζει, ἵνα μή τι κακὸν ὑπ' αὐτοῦ πάθῃ, Triclin. ad Sophoclis Aiac. Maſtig.

lin.27. *Nihil tale expectātem.*] Ouid. Triſtis Eleg. 9. lib. 3.

Protinus ignari, nec quicquam tale timentis. ἀπροσδοκήτου Gl. Vet. *nec opinanter* ἀπροσδοκήτως.

lin.30. *Suſpendio vitam finire.*] Dico ad Heliodor lib. 1.

ead. *Et iam ſemicinctio ſtanti.*) Sic legend. Mſſ. teſtantur, confirmat illud Theocrit Idyll. 14. qui vocat νεόχλοςον τελαμῶνα. Ouid. transformator lib. 10.

laqueoque innectere fauces
Deſtinat, & Zonâ ſummo deposte reuinctâ.

malè qui *hianti* reponunt. Eadem apud Gregor. Turon. cap. 15. & 29. lib. 1. De Miracul. de ſemicinctio in Act. Apoſtol. cap. 18. & ſeq. malè Turneb. confundit cum ſemizonâ.

lin.35. *Renouauit ad lucem.*] Plin. Epiſt. 12. lib. 1. *ſolum ſupereſſe me à quo reuocari poſſet ad vitam.*

p.45.l.7. *Periturus per præcipitia.*) Eadem Philoctetis mina, apud Sophocl.

κρᾶτ' ἐμὸν δ' αὐτίκα
Πέτρα πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών.

Lucia. Phalarid. 1 & pag. vlt. de Dea Syr. Virg. Pharmac. retinuimus hîc veterem ſcripturam.

lin.10. *Nouacula.*) Gloſſ. Vet. *ſpillus nouacula*

Digitized by Google

ξυρὸν leg. *ſicilla, non.* ξυρός. Idem Gloſſ. *ſicila* σμίλα, χαρτίσμος.

Furtiua molitio) Inde ars furatrinæ, mo- *lin.29.*
litio enim ſignificatu quo in excerpt Gl. *molitio* μηχανὴ.

Ne mercedem cellæ.) Inde Apul. mutuatus *lin.30.*
eſt partem fabulæ lib. 1. Mileſ. *Merces cellæ* πεχανόμιον apud Atticos Athen. lib. 1.

Impune.) Quod aliis *inultum.* Terent, He- *lin.31.*
autontim. Act. 5. Sc 1. Horat. *inultus vt tu riſeris Cotytia.*

Iam enim faxo.) Apul. loco cit. *ſed non im- lin. 32.*
punè, iam enim faxo ſcias, &c. Prudent. Hymno ſancti Vincent.

Iam faxo ius prætorium
Conuiciator ſentiat,
Impune ne noſtris ſibi. &c.

Non viduæ inſulam.) Plaut. Pyrgopol. Sc. *ead.*
Satin'

Non hercle hiſce homines me marem, ſed fœminam, &c.

Terent. loc. cit.

Non ita me Di ament auderet facere viduæ mulieri.

Quintil. Declam. 338. *Imbecilla res eſt fœmina, & adfert infirmitati non leue pondus, quod vidua eſt* Apul. 5. Mileſ. *quaſi viduam vtique contemnis.*

Inſulam) Propriè viduæ inſulam tribuit, *lin. 33.*
eâ ſc. notione, quâ in Gl. συνοικία *conclauium, conclauia, inſula.*

Candelabrum ligneum.) Quo maximè vte- *p. 46. l. 5.*
bantur veteres. Alexis apud Athen. fine lib. vlt. Cæcil. *Moltrice*, apud Marcell. ſic

Digitized by Google

enim ibi legend.

lin. 9. *Scordalo.*] Vide Collectanea Fr. Pithoei ad hunc locum, & Samart.

ead. *Sine æmulo.*] Æmulo, pro riuali ſic antea *omnes fabulæ habuerunt ſine æmulo complexus.* Terent. Eunuch. Act. 2. & 4. Sc. 1. paſſim denique Cic. *ad* Attic. Horat. Od. 1. l. 4. Senec. de Benef. c. 5. lib. 1. Plin. Epiſt. 30. lib. 6. Solin. c. 30. Petro. poſtea. *Non eſſe in amantium poteſtate furioſam æmulationem*, ſic capiendus Propert. Eleg. 34. lib.

Ipſe meas ſolus, quod nil eſt, æmulor umbras.

Tacit. Ita crebrò hac voce vtitur & ſignificatu, vt pueriliter videatur affectaſſe. Marcellus autem dum ad hunc ſignificatũ trahit illud Cæſa. 1. *Illo æmulo atque imitatore ſtudiorum*, quàm longe à ſcopo, diiudica.

lin. 11. *Interim coctores.*] Hanc familiæ ſordidiſſimam partem rectè exprimit Terent. Eunuch. Act. 2. Sc. 2.

Concurrunt cupedinarij omnes.

Cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.

Quid ſit mulcare, tradit Lipſ. ad 1. Annal. Tacit.

lin. 18. *Inſtigat.*] σεῦαι. Homer. Iliad. 11. Odyſſ. 14. Heſych. verbo σεῦαι. leg. σεῦσαι. Hortari, vt apud Ouid. Epiſt. Phædræ, παρορμᾶν τὰς κύνας Iul. poll. c 12. lib 5. Propert. lib. 2. dixit *monere.* Impropriè omnino

lin. 32. *Et veluti cibo.*] Heſiod. ſcuto Herculis.

Φυλόπιδα ϛήσειν, τά σφιν πολυφέρτερα θοινῆς,

Theocrit fine Idyll. 3. Cic. in parad. Mart. *oculis comedere.* Epig. 61. l. 9.

lin. 33. *Cum procurator*] ἐπίτροπος Auſon. Epiſt.

Digitized by Google

22. Heſych. ἐπίτροπος ὁ προεστὼς τῶν χηρείων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας καὶ ὀρφανῶν. Sic legendum, & patet Zonar. tom 2. Annal.

In mediam rixam.] Rixæ genus eſt pu- *lin.35.* gna Pugnarum tres ſpecies, quas tangit Fulgētius Mythol. lib. 10. aut enim pugna geritur manibus, aut verbis, aut armis. pugna manuum rixa. Gloſſ. Vet. μάχη ἡ διὰ χειρῶν *rixa, pugna manuum.* Verbis litis conteſtatio Gl. Vet. μάχη ἡ διὰ λόγων *litigatio, iurgium,* armorum pugna eſt prælium Gl. Vet μάχη ἡ ἐν πολέμῳ *prælium, pugna.* Recte itaque Petron. ad hanc diuiſionem. Malè qui reponunt *noxam* Idem poſtea, *fatalem rixam.*

A duobus lecticariis.) Legend. Tacit. An- *ead.* nal 14. & 15.

Pedibus ager) vt apud Gell. c. 26. lib. 2. *Cum* *p. 47. li.* *Frontonem Conſularem pedibus agrum viſeret.* *1.* pedibus æger pro podagrico. Ratio hæc illa. Petronius Latinè loquitur exceptis nominibus ſcenæ, itaque ægrum pedibus dixit, quia ſuo tempore non extabat dictio Latina, quâ, rem aliter exprimeret. Plin. cap. 10. lib. 26. aſſerit podagram recentem morbum eſſe in Italiâ, ideo nō illi nomen inditum. Vtuntur tamen quidam podagræ nomine, quod ipſe admittere noluiſſet. Latinis podagra pedica eſt Gl. Vet. *pedica!* παγὶς σκελοπόδη. leg. *pedica* Heſych. παγὶς ποδάγρα βρόχος. Recte vtrumque. nam ποδάγρα ἐστι παγὶς καὶ βρόχος, & παγὶς κεραίως à πήσσω vt notant Grammatici & Dioſcorid. cap. 286. lib. 4. Itaque *podagrâ*

Vinctum dixit Sidon. Apollin. Epiſt. 13. lib. 3. & hæc paſſio *ligat ſolutos*, apud Caſſiod. Variar. Epiſt. 29. lib. 10. Lucia. Tragap. & Ocyp. Litteræ ſacræ, Reg. 1. c. 15. verſ. 29.

ead. *Vt rabioſa.*) Varro Attio

Quid eſt. quid latras? quid rabis? quid tibi
vis?

lin. 2. *In eb. fug.*) Idem antea *Ebrij eſtis an fugitiui?*

lin. 4. *Poëtarum diſertiſſime.*) Poëtæ diſerti, facundi oratores Horat. Epiſt. 5. lib. 1.

Fecundi calices quem non fecere diſertum?

i, poëtam: ſic diſertus pro poëta, apud Iuuenal Sat. 7.

Didicit iam diues auarus
Tantum admirari, tantum laudare diſertos
Vt pueri Iunonis auem.

paſſim apud Martial.

ead. *Tu eras.*) Sophocl. ἢ σὺ κεῖνος εἶ. Suet. Iul. καὶ σὺ τέκνον. Tu eras atticè, pro tu es.

lin. 7. *Contubernalis mea.*) Rectè ad perſonam ſerui loquentis, ſic enim dictæ vxores ſeruorum l. *vxorem* §. *concubina de Legat.* 3. l. Stichum *de Aliment. legat.* l. Iul. Paul. *De condit. & Demonſtrat.* l. Thais. §. Hærede. *De fideicommiſſar libertat.* & toto iure ciuili: Dictæ etiam *cohabitatrices*. Io. Sarisber. Epiſt. 166. & *conſerua*, Apul. fine lib. 8.

ead. *Faſtum facit.*) Hinc iocus Auſonii Gratiar. actione. *Faſtorum ſuorum, imò faſtidiorum fecit inſolentem.*

lin. 8. *Vt habeat pudorem*) ὥς αἰσχύνην ἔχοι apud Xenophont. Rectè. laborat Latinitas vt hanc rem ex primat ſufficienter, apud

Græcos αἰδὼς καὶ αἰσχύνη διαφέρουσι, vt vult Ariſtoxenus Muſicus (de quo vir Cl. I. Meurſ.) apud Tzetz. Heſiodi Scholiaſt. αἰδὼ· μὲν ἡ μικρὰ καὶ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι γενομένη ἐπιστολὴ, εὐλαβεῖ λογισμῷ, αἰσχύνη δ' ἐν κακοῖς ἀτιμία Sic duplicem pudorem ſtatuit Alcæus αἰδὼς διοσαί εἰσιν leg. αἰδῶ vt habeat pudorem. vt apud Terent. *Quod illam mordeat.* δάκνειν pari ſignificatu apud Atticos.

Seruo publico.) Serui publici δοῦλοι δημόσιοι vt Calatores, ſerui rectoris prouinciæ, ſerui Duumuirorum. *lin.* 11.

Si quis eum reddere.) Formula inquiſitionis, Plaut. Ciſtellar. Act. 4. Sc. 2. *lin.* 17.

facite indicium, ſi quis
Vidit, ſi quis eam abſtulerit.

Rudent. Act. 3. Sc. 2. Moſcus Amore fugitiuo

Εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα.

quæ etiam Luciano poëtæ tribuuntur. Propert. lib. 4.

Quas ſi quis mihi retulerit donabitur auro.

Apul. lib. 6. Mileſ.

Amictus diſcoloria veſte.) Vt ſeruus publicus, ſerui publici, vt & hodie in multis Europæ partibus amiciebantur diſcoloria veſte. Cicer. Epiſt. 31. lib. 13 ad Attic. *lin.* 19.

Inſtitis) ſc. funib. quibus lecti inuoluebantur. Inſtitere, inuoluere Acc. Androm. *lin.* 23.

Quot Luna circulos annuos inſtitit. i, *inuoluit.*

Vnius hominis veſtigium.) Eadem amoris fraus apud Ariſtenet Epiſt. vlt. lib. vlt. ἐξανέστη τῆς εὐνῆς καὶ τὴν στρωμνὴν ἀνετάραξε παντελῶς συγχέουσα τὸ ἔρεισμα τοῦ δευτέρου σώ- *lin.* 31.

ματος, ὅτι κατηγόρει μηνύματα συζυγίας.

p.48.lin. 1. *Diligētius oppeſſulatas.*) Notata hæc amoris aſtutia Luciano Dial. Meret. ἧκον, τὴν αὔλιον εὗρον ἀποκεκλεισμένην ἐπιμελῶς.

ead. *Pererrauit cellas.*) Cellæ ſunt quæ cubicula Catull. perambulatores autem hi dicti περιοδευταὶ Modeſtin. l. 6. de Excuſ. tut. Et περιερχόμενοι Lucæ Act. Apoſt. 19. Vt medici ex lege Hippocratis. Qui autem ad Modeſtin. περιοδευτὰς interpretati ſunt circulatores impropriè illi. dicendum Circitores vt patet in Exceptis Gl. cap. de Medic. talis Circitor moleſtus in obſcœno carmine. Quid autem circulator explicant Gloſſæ Vet. ad Iuuenal. Sat. 6.

lin. 2. *Commiſſuris.*) Sic Lucil. lib. 5. apud Marcell. in *Minutum.* Commiſſuræ rimarum ſic commiſſuræ ſaxorum apud Plin. & Solin. Metaphora ab oſſibus Cic. 2. de Nat. Deor. Gloſſ. in except. περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων commiſſuræ ἁρμογαί.

lin 12. *Amolitur inuidiam.*) Symmach. Epiſt. 77. lib. 1. *duobus enim priuilegiis amolitur inuidiam.*

lin. 13. *Fugitiuū ſg.*) Intelligo ſimpliciter ſeruū: ſcio Gitonem fugitiuū eſſe in quæſtione. ſic δρῆσται fugitiuos & ſeruos ſignificāt, imo ſerui alio nomine fugitiui.

lin. 25. *Irrumpit perturbatus.*) Vet. Cod. *perturbaturus*, quod etiam viderant interpretes, prior lectio tolerabilis.

p 49. li. 13. *Araneis oleo madētibus.*) De hoc remedio Dioſcorid. cap. 57. lib. 2. aliique inſuper medici.

Digitized by Google

Deleret ſine cicatrice.) Eadẽ prius tranſla- *p.50.l.1.*
tione vſus Terent. Eunuch. Act.2.Sc.3.

O faciem pulcram! deleo omnes dehinc ex
animo mulieres.

Quid aquis formoſius?) Sic *unda formoſa,* *lin.25.*
apud Propert. Eleg 20. lib.1. & aqua *pulcerrimum elementum,* apud Caſſiod. Epiſt.30. lib.8.

In publico manant.) Ouid.6. Transformat. *lin.26.*

vſus communis aquarum.

Et alibi.

Nec ſolem proprium natura nec aëra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica numera veni.

Plaut Rudent. Sc. *quis eſt.* & ſcen. *heus mane.*

Amor furtum.) Sic Ælian. vocauit κλέμμα *lin.27.*
ἐρωτικόν. hiſt. Animal. c.2. lib.1. poëtæ Latini paſſim.

Populus inuideat.) Contrà Plaut. Curcul. *lin.29.*
Act.1. Sc.3. ex quo Æmilius Probus in Thraſib. *nolite mihi dare quod multi inuideant, plures concupiſcant.* leg. Stobæ. ſerm.38. Ælia variis cap.12. lib.2.

Vnus & ſenex) Val. Max. cap 1. lib. 11. *vno* *lin.30.*
& ſene.

Opus anhelitu perdet) Corrumpunt hunc *lin.31.*
locum contra Mſſ. Cod. qui legunt *o. a. prodet.* perdere eſſe retinendum patet vbique. In ſenibus autem maxima ſpiritus difficultas, vt patet fabulis Plautinis, & apud Æſchinem in Epiſtolis vbi legendũ ἡ περὶ τὸ ἆσθμα νόσος, quem locũ ſic rectè legit V.C. Henr Steph. in Theſaur. verbo μηκύνω. Sic apud Hippocratẽ, vbi enumerantur ſenum morbi, primꝰ reperitur δύσπνοια Aphor. vlt.

lib.3. Aphoriſmus ſic legendus eſt ex Mſſ. viri Clariſſimi Anſelmi τοῖς δ' πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι καὶ κατάῤῥοι βηχώδεες στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι. Celſ. c.2. lib.1. De re medic. *In ſenectute ſpiritus & vrina difficultas.* Iunge Diſſaldeum ad Plaut.

p. 51. lin. 9. *Ictus ſono*) voce. Priſcian. *Vocem deffiniunt philoſophi ſonum auribus accedentem.*

lin. 14. *Laciniam duxi.*) Sic ἑλκεσίπεπλος χιτῶνα apud Homer.

ead. *Per fidem.*) Formula eſt. Aliter Herald. c. 3. lib. 2. Aduerſar.

lin. 26. *Animam egit.*) Hinc Iocus Martial. Epig. 80. lib. 1. Græcis λειποψυχεῖν, ἀποψυχεῖν, ἐκπνεῦσαι, ἐκπνεῖν ψυχὴν, ἀποχρονύσαι ψυχὴν vt triſtiſſima ſic tritiſſima. Aſpaſ. apud Ariſt. cap. 14. lib. 7. Moral. interpretatur ἀδημονεῖν, ἀγωνιᾶν Heſych. ὠραχιάζειν & ὠραχιᾶν Etymol.

p. 52. lin. 13. *Quæ voluptatis cauſa.*) Quid Petronius accipiat pro voluptate, minimè ſciunt qui in eo perfunctoriè verſantur. Rem turpem & coitum plenum, vt ipſe dicit, ſignificat. Sic anteà. *audito voluptatis pretio.* poſtea. *quia non totam voluptatem perdiderat.* Et *in vmbra voluptatis diutius luſi.* alibi. *An vera voluptate fraudatus eſſem* Et. *Qui de toro Circes ſine voluptate ſurrexit.*

lin. 19. *Fingite,*) Verbum in re deſperata. Satyrici Latini.

lin. 26. *Hanc ſimulationem.*) Vt maiorem fidem

haberent fictæ preces, lacrymas effingit & accerſit ſibi, quod Græcis eſt μάχεσθαι & πολιορκεῖν *euincere precibus, oppugnare.*

P. ſe curuatis inſinuant.) Cur ita mutauerint neſcio, & ſic reſcripſeram, hac ratione *cornua portus* dixit Lucan. lib. 2. & *brachia.* Suet. Claud. cap. 20. Caſſiod. c. 7. lib. de Anima Claudian. Epig. 28. *lin. 30.*

Ardua tranquillo curuantur brachia cornu.

Curuaturam hanc portuum *Anconem* vocant. Ouid transformator lib. vlt. quo loci falluntur qui reponunt *antium.* Lucan.

quem littore curuo

Molliter admiſſum claudit Tarbellicus ancon.

Iuuenal. Sat. 4. Scholiaſt. Apollon. lib. 2.

Inſinuant.) Inde Prudent. hymno Quirini dixit *riparum ſinuamina.* *ead.*

Tibi non ſuccurriſſe.) Succurrere & occurrere memoriæ, pro eo quod aliis venire in mentem. Cic. Epiſt. 1. lib. 14. ad Attic. dixere poſteâ ſubuenire. Pſeudoquintilian. Declamat. 12. fungitur autem Eumolpus officio monitoris. Nam quibus non ſuccurrebat, ii dicebãtur egere monitore, ſiue ſubiectore. Senec. Epiſt. 94. Feſt. Gloſſ. Vet. ὑποβολεύς *monitor.* Ead. *ſecundarius ſubdica.* (ſic enim lego) ὑποχείτης leg. Plauto Bacch. Act. 1. Sc. 1. *p. 53. lin. 26.*

Meum comitatum.) Comitatus vbi tres perſonæ, ſic antea, *comitatus faciebat, tres enim muliercula.* Apul. lib. 3. Mileſ. hîc etiam tres Encolpius, Giton, Eumolpus. *lin. 32.*

In duas pelles coniiciam.) Emendo *conſuam* ſic Dardanus apud Lycophron. *p. 54. l. 3.*

Digitized by Google

ὅς ποτ' ἐν ῥαπτῷ κύτει
Ὁποῖα πόρκος Ἰστρειεὺς τετρασκελής
Ἀσκῷ μονήρης ἀμφελυτρώσας δέμας,
Ῥειθυμνιάτης κέπφος ὡς ἐνήξατο.

qui dudum in conſuto culeo
Qualis aper quadrupes Iſtrienſis
Solitarius viri corpus implicans
Rethymniates vt ſulica enatauit.

hunc locum citat V. C Iac. Cuiac. ad lib. 10. Obſer. videtur autem tangere Colchorum legem de quâ Ælia. var. c. 2. lib. 4.

lin. 4. *Pro ſarcinis.*) Lucia. Cynic. καὶ κοιμᾶσθε ὁμοίως καὶ βαδίζετε, μᾶλλον δὲ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε, φέρεσθε δὲ ὥσπερ τὰ φορτία οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν. Legendus Plutarch. in Cæſare de Cleopatra quæ στρωματοδέσμῳ inuoluta, delata eſt ad Cæſarem.

lin. 16. *Quid ſi.*) Idiotiſmus, de quo Donat. Adelph. Act 2. Sc. 1

lin. 23. *Adhuc.*) Veteres ſcribebant *adhuc*, rerum futurarũ incerti. Donat. Andr. Act. 3. Sc 2.

lin. 28. *A capillis vſque ad vngues.*) Lucia. Tragopod.

Χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις.

Prudent. περὶ στεφαν. *vngue ab imo vſque ad capillum.* Græci breuiùs ἀπ' ἄκρων δακτύλων. Hoc vſurpatur ſpecie prouerbii apud Iob. c. 2 Scholiaſt. Ariſtoph. ad Acharn. Act. 2.

ead. *Serui Æthiopes.*) De quibus copiosè Bodin. ad Oppian. lib. 1. Cyneget.

lin. 34. *Pertunde aures.*) Arabes, Pœni & omnis Africæ populus auribus pertuſis Hinc iocus Milphionis apud Plaut. Pœnul. Act. 5. Sc. 1.

Mil. atque vt opinor digitos in manibus non habent

Ag. Quid iam? Mil. quia incedunt cum annulatis auribus.

Iuuenal. Sat. 1.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtra.

Increta facies) Galli albo vultu. Specie *ead.* prouerbii apud Tertull. Galli albi, apud Galen. *de ſanguinis miſſione* Adamant. Sophiſt. lib. 2. Manil. lib, 4 Donat. ad Terent. Eunuch. Act. 4. Sc. 4. Ammia. Marcell. lib. 15. D. Hieronym. vita ſancti Hilarionis.

Circumcide nos.) Obſcœnum carmen *ead.*

Et niſi nodatum ſoluerit arte caput.

Veſtem atramento.) Atramēti ſpecies mul- *p. 55. lin.* tæ, ſcriptorum, quale *ſtudioſi atramentum* *6.* hoc loco. Hoc atramento ſolebāt ſtigmatiarum frontes inſcribere Zonar. lib. 3. Cedren. p. 388. vbi vterque narrat de Conſtantino Irenæ filio qui cum Armeniacos bello ſubegiſſet inſcripſit fronti *μέλανι κεντητῷ Armeniacus inſidiator.* Aliud item atramentum ſutorium, de quo Cicer. Epiſt. 21, lib. 9. Ad familiar.

Praligemus veſtibus capita.) Homer. Odyſſ. ξ. *lin. 18.*

κεφαλῇ δὲ κατὰ ῥάκος ἀμφικαλύψας.

Suet. Iul. c. 59. In ſumma rerum deſperatione ſoliti ſe mittere operto capite in flumen Horat. Liui. Quotidiana ad Horat.

Inſcriptione ſolerti) Inuitis omnibus libris *lin. 26.* ipſaque Petronii dictione reponūt *ſolenti.*

Stigmate puncti.) Sic Mſſ. quibus autem *lin. 28.* modis hæ notæ abſtergerentur dico alibi.

Digitized by Google

lin.32. *Capita cum ſupercilius.*) Pari modo denudati qui rem diuinam faciebant Deæ Syriæ apud Lucian. ἀνὴρ εὖτ᾽ ἂν ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν πρῶτον ἀπικνέεται κεφαλὴν μὲν ὅδε καὶ ὀφρύας ξύρεται.

lin.35. *Litteris.*) De quibus Plaut. Laërt. in Bione, Senec. lib. 4. De Benef. Apul.

p.56. l.1. *Liberali manu.*) Vt apud Comicos.

ead. *Fugitiuorum Epigramma.*) Quale illud ſatis vulgare. ſimile factum Theophili Imperatoris, qui iuſſit vt monachis frons inſcriberetur Epigrammate duodecim verſuum Iambicorum. patet apud Zonar. lib. 3.

lin.3. *Exonerabat ſtomachum.*) Hic eſt ordinarius nauigantium morbus, de quo Senec. paſſim. Suet. Caio c. 23. Rationem victus his nauſeantibus præſcribit Celſ. c. 3. lib. 1. De re medica.

lin.6. *Naufragorum vltimum votum.*) Catull. *In Phaſello.* Senec. *De benef.* c. 8. lib. 5. Artemid. c. 23. lib. 1.

iln. 13. *Quem quæris.*) Narrabat ſomnium ſuum Triphænæ Lichas. Ergo legendum ex fide Mſſ. *Encolpium quem quæris,* quem ſenſum etiam ſequutæ ſunt poſtremæ editiones.

lin.17. *Quod baiſtor.*) Confeſſæ imperitiæ ſumma laus eſt. Aliter edi curauimus, nec expectamus iudicum ſententiam, peccauimus in hac emendatione aliiſque dupliciter, primò quod tentare auſi, vltimò quod in textum admittere. Amicis ſcribimus, quiqui me iudicas, pondera.

lin.20. *Epicurum Diuinum.*) Quæ Eumolpus, eadem

eadem Lucia. de Democrito.

Somnia quæ mentes.] Ante poſtremas editiones retrahebam fugitiuum Epigramma pene puer, an ſit Eumolpi quidam forte dubitant, an rei conueniat, nemo. lin. 22.

Nec ab æthere.] Contrà Plaut. Rudent. Act. 3. Sc. 1. lin. 25.

Et canis.] Eædem leges apud Theocritum Idyll. 22. dixiſſet Ariſtophanes ὀνειροπολεῖται τοὺς λαγῶας. ſic ὀνειροπολεῖται ἵππους Nubib. Chloë apud Longum lib. 4. de Daphnide ὀνειροπολεῖ γάμους πλουσίους. p. 57. l. 8.

Diuinæ mentis.] Quid velint huius loci interpretes diuinare non potui, diuina mens mihi Deus eſt νοῦς. qua de re copioſè alibi. lin. 13.

Ætius nomine.] Sic rectè repoſuimus, & res ipſa per ſe loquitur Etymol. αἴτιος, ὁ τὴν αἰτίαν τουτέστι τὴν ἀφορμὴν δούς. Hoc nomini huic rectiſſimè conuenit. lin. 14.

Neque vngues.] Hac de re interpretes T. Liuij ad lib. 6. Rigalt. ad Artemid ὀνυχίζεσθαι. de capillis poſitis in tempeſtate. Idem Artemid. Lucia Marcell. lin. 19.

Notæ l. non adumb. c p.] Hac de re locus inſignis apud Polyænum lib. 1. quem licet longiuſculum apponam, quia mirum in modum conuenit. Ἱστιαῖος ὁ Μιλήσιος ἐν Πέρσαις διάγων παρὰ Δαρείῳ βασιλεῖ βουλόμενος Ἰωνίαν ἀποστῆσαι γράμματα πέμπειν οὐ θαρρῶν διὰ τοὺς φύλακας τῶν ὁδῶν, οἰκέτην πιστὸν ἀποκείρας τὰς τρίχας, στίγματα ἐνεχάραξατο τῇ κεφαλῇ, Ἱστιαῖος Ἀρισταγόρᾳ, Ἰωνίαν ἀπόστησον, καὶ τοῖς στίγμασιν ἐπέστρεψε τὰς τρίχας, τοῦτον τὸν τρόπον lin. 31.

λαθὼν τοὺς φύλακας ὁ στιγματοφόρος καὶ καταβὰς ἐπὶ θάλασσαν ἀποξυρησάμενος ἔδειξεν Ἀρισταγόρᾳ τὰ στίγματα. Hinc ſtigmatiæ, vt ſupplicium ſuũ adumbrarent comarum præſidio, ſolebant comam alere. Spartian. in Vero.

p. 58. lin. 3. *Patrimonij mei.*] Eadem apud Terent. Adelph. Act. 1. Sc. 2.

lin. 4. *Vt tutela nauis.*] De quâ multi dixere. Tutelæ Dii, Apollo, Minerua, Tyndaridæ. Mineruam habuit nauis Agamemnonis. Theognis

Ἄρτεμι θηροφόνη θύγατερ Διὸς ἣν Ἀγαμέμνων
Εἵσατ' ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς.

Quem locum interpretatur Callimach. εἰς Ἄρτεμιν.

σοὶ γάρ ποιήσατο Νηλεὺς
Ἡγεμόνην, ὅτε νηυσὶν ἀνήγετο Κεκροπίηθεν.
Χησιὰς Ἰμβρασίη πρωτόθρονε, σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ.

Sed hac de re locus benignior ad Pauſaniam. Scholiaſt Ariſtoph. ad Acharn. 397.

ead. *Quadragenas plagas.*] Mos ab Ægyptiis, de quo Diodor. Sicul. lib. 5. De hoc plagarum numero leges Vviſigothorum paſſim.

lin. 6. *Viliſſimo ſanguine.*) Seruili, ſanguis vilis ſeruilis. Tacit. Annal. 1. *Edēdis gladiatoribus quos Germanici fratris ac ſuo nomine obtulerat, quanquam vili ſanguine.* Et alibi iiſdem pene verbis. Senec. lib. 1. de Clement *parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis.* Quintilia. declam. 291. *Nullus eſt tam vilis ſanguis vt non manus inquinet.*

Tres plagas ſpartana.] Nihil notius. etiam in Thracia generoſi adoleſcentes flagris cæſi. Artemid. c. 9. lib. 1. ςίζονται παρὰ Θρᾳξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες. *lin. 7.*

Officioſam manum.] Vt apud Apul. lib. 3. Mileſ. *lin. 25.*

Duraſſent.] Sic durare apud Tacit. 1. Annal. *in nullius vnquam ſuorum necem durauit.* Alia ſignificatio huius verbi apud Plaut. *p. 59. lin. 3.*

Flectite mentes.] Ex Homero, ὅτι νόημα γναμπτὸν ἐνὶ ςήθεσσι. Eleganter hac de re Achill. Tat. lib. 3. *p. 60. lin. 4.*

Animaduerſionis noſtræ.] Vindictæ. Sic Donatus in Andriam Act. 1. Sc. 1. *animaduertere* interpretatur *caſtigare, vindicare.* Itaque animaduerſio triplicem comprehendit ſignificatum, prior vulgaris eſt. Gl. Vet. *animaduerſio* ἐπιστροφή. Secundus de quo dixi, Tertius eſt pro pœna, punitione & iure gladii Gl. Vet. *animaduerſio* τιμωρία, *animaduertit,* θάνατον συνεψηφίσατο, τιμωρεῖται. Sic animaduertere, pro morte punire *l. 1. ff. de cadauerib. punit.* & *adnimaduerſio,* pro iure gladii *l. 1. §. vlt. ff. de offic. eius cui.* *lin. 29.*

Vide.] Idiotiſmus eſt. Donat. Adelph. Act. 2 Sc. 2. *lin. 32.*

Eò maiora meruerunt ſupplicia.] Hac ratione grauius puniuntur, quibus maior peccandi licentia, toto iure ciuili, qualis lex Scytharum apud Iuſtin. lib. 2. *p. 61. l. 1.*

Qui ignotos.] Ignoti, nullo amicitiæ vinculo coniuncti, noti amici. Suet. Tiber. c. 61. Caio c. 38. *ead.*

Qui amicos.] Hunc locum ſic ſuum fecit *lin. 2.*

Apul. l. 7. Mileſ. *Crimine latrocinij in hoſpitem mihi cariſsimum poſtulabar, quod crimen non modo latrocinium, verum etiam parricidium quiſque rectius nominaret*, leg. Cicer. Phil. 2.

lin. 14. *Nec putauerunt.*] Vim huius verbi declarat Donat. in Andr. Act. 1. Sc. 1. *putare, eſt eius qui ſimplicitate pectoris aberrauit. Cicer. non putauit, lapſus eſt.* Locus Ciceron. eſt pro Ligar. ſiue Cæſariana 2.

lin. 18. *Calui miſerabiliores.*] Quàm miſerabiles ſint calui, docet Plin. Valerian. cap. 6. lib. 1. *Alopeciæ magnam fœditatem adferunt, & propter has, ſeruorum pretia diminuuntur.* Itaque legib. Vviſigothorum depilatio ſiue caluatio, ſeruilis pœna eſt. l. 8. tit. 3. *De rapt. virgin. Quod ſi extra voluntatem domini, ſerui talia perpetrauerint, iudicis inſtantia comprehenſi, ac decaluationis fœditate mutilati* &c. Nec diſſimili ratione ſerui molarii & damnati ad triremes æqualem cum fronte caluitiem gerebant. Apul. l. 6. Mileſ. Item ignominiæ data depilatio apud veteres Gallos, vt patet apud Gregor. Turon. lib. 2. hiſt. Itaque commoda in lõgitudine pilorum, miſerias in depilatione interpretatur Achmes Onirocrites cap. 18. εἶδον ἐν ὁράματι, ὅτι αἱ τρίχες τῶν σκελῶν μου ἐδασιώθησαν καὶ ηὐξύνθησαν καὶ ταύτας τῇ ψαλίδι ἐκείρευον, καὶ ἀπεχείθην αὐτὰς οὕτως. τὸ λογάριον σου καὶ ὁ πλοῦτος σου ἐπληθύνθησαν, καὶ ὅσον ἔκοψας τῶν τριχῶν σου, τοσοῦτον κακοδιοικεῖς αὐτά. Similia leguntur in Epiſtolis Plinii, & alibi.

lin. 21. *Sola ſalamandra.*] Sic in MſſT. & ferri po-

reſt. vt *ſola* apud Virgil. 3. Æneid.

Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.

Vel *Sola*, referendum eſt ad vim Salamandræ, quæ *potens* dicitur Seren. Sammonic. cap. 8.

Defluit expulſus morbo latitante capillus
Si raro lauitur, ſeu vis epota veneni
Vel Salamandra potens.

De hac Plin. cap. 63. lib. 10. Dioſcorid. cap. 56. lib. 2. Martial. Epig. 67. lib 2.

Pharmace] pungit Dilogia, vel enim *lin. 23.*
Pharmacus qui miſcet mala pharmaca, vt apud Apul. lib. 9. Heliod. lib. 8. & paſſim: vel pharmacus pro eo quem Hippocrates vocat μάγον, γοητὴν, φάρμακον, ἀγύρτην, lib. *de morbo ſacro.* qui in ſacris litteris dicitur Macaſphat. Exod. cap. 22. & paſſim in Prophet. hac acceptione φαρμακοὶ, φαρμακεῖς, φαρμακευταὶ, φαρμακίδες φαρμακευτεῖαι. Vide Ammon. Voce φαρμακὸς & μάγος, & alios Grammaticos Græcos in opere noſtro ampliſſimo.

Reſponde.] Increpantis formulis. Terent. *ead.*
Adelph. Act. 2. Sc. 1.

Omnia lineamenta.) Hoc eleganter ex- *lin. 31.*
plicat doctiſſimus ſimul & ſanctiſſimus Greg. Nazianz. περὶ γυναικῶν καλλωπιζομένων. vbi legend. περιαμμάταις.

In odium ſe tra vertit.] Tacit. Annal. 4. *In* *lin. 33.*
odium vertit, Atticè pro *verſum eſt* ἔτραπεν pro ἐτράπετο apud Homer. Iliad. 16.

Interpellatque.] Quid hoc loco ſignificet *p. 62. lin. 1.*
Interpellare & ſequentia declarant, & Gl. Henrici Stephani, apud quas ſic legend.

interpellat, interprohibet ἐντυγχάνει. deleto aſteriſco, nihil enim ibi deeſt. Hæc ſcilicet vis eſt dictionis ἐντυγχάνειν, cuius auſteritatem ſic mitigat Plutarch. in Lycurg. τοῖς πρέσβεσιν ἐντυγχάνει ὅσον δυνατὸν ἐπιεικέστατα. *Legatos interpellat, ſed quàm fieri poteſt mitiſſimè*, ſic interpretor. Iul. Capitolin. in M. Anton. Philoſ. *ſed interpellauit iſtam felicitatem, ſecuritatemque imperij prima Tiberis inundatio*. Iuſtin. lib. 18. & vlt.

lin. 6. *Sed intentans in oculos.*] Infeſtis digitis oculos irati petebant: paſſim apud Comicos Suet. Iul. c. 14. Tiber. cap. 53. Caio. c. 20. Ouid. transformator & Lucia. de Lapithis. Propert. Eleg 8. l. 4. Ouid. Amator. lib. 2. Achill. Tat. lib. 7. vbi legendum ὁ δ' ἀντιμόρξας.

lin. 15. *Turbam diducit in partes*] τάττει, *diſpertitur*, vt apud Plaut. in Amphitruo.

Diſpertiti viri, diſpertiti ordines.

nihil muto in hoc verſu, aliter Theod. Marcil.

lin. 16. *Et ipſe armatus.*] Nouaculâ & cæteris inſtrumẽtis tonſoriis. Armatum intelligeinſtructum quoquo modo ad lædendum, vt in edicto Prætoris *l. 3. §. armis. De vi & vi armatâ l. 9 De vi publicâ*. Tull. *pro Cecinna*.

lin. 22. *Rabies l. p collecta.*] Saluſt. 1. hiſtoriar. *ſatis illa fuerint quæ rabie contracta tolerauimus.*

lin. 24. *Illis pro vltione, nobis pro vitâ.*] Saluſt. Bello Iugurth. *magna vi vtrimque pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus.*

p. 63. l. 1. *Audacius tamen ill.*] Vt quidã apud Plutar. in Niciâ, & apud autorẽ vitæ Origenis, ſic Combabus apud Lucia. de Dea Syria.

Digitized by Google

Quâ ſibi ceruicem.) patet antea.pag.45.idẽ *lin.4.*
iocus apud Apul.lib.3.Mileſ.Solebant autem Perſæ, vt ille, non enſe aut ſecuri; ſed nouaculâ caput amputare. Plutarch. Artaxer. ὁ δὲ δήμιος κληθεὶς μὲν ξυρὸν ἔχων ᾧ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνουσι τῶν κολαζομένων.

Caduceatoris more.] ἐπικηρυκεύοντος, quam *lin.6.*
dictionem interpretatur Vlpian. Demoſthenis interpres ad Orat. de pace.

Stlatarium.] Rectè, potuit tamen retineri *ead.*
tralatitium, vt ex quibuſdam MſS. alii reponũt. Eſt igitur, ἐργόμφοκον de quâ dictione in Gl. Veter.

Ramum olea] protritum, origo non item *lin.10.*
quam vide apud Scholiaſt. Sophoclis ad Oedip. Colon. p. 295. Ramus ille circumueſtitus erat ſiue reuinctus, ſiue περιπεπλεγμένος, καὶ ἐρίοις ἀναδεδεμένος vt loquitur Schol. Ariſt. ad Equit. vocabant autem ramum illum ſingulari & propriâ dictione. Εἰρεσιώνην de quâ Ariſtoph. Suid. Plutar. vocauerunt etiam ἱκετηρίαν κλάδον ἐλαίας στέμματι ἐστεμμένον Harpocrat. Schol Sophocl. ad Oedip. Tyr. pag. 147. Dicemus alibi quid ſibi voluerint Grammatici in explicatione vocis διακόνιον.

Nec Medea furens.] Legend. Sidon. Apol- *lin.16.*
linar. Carm. 1.

Ex tui anima ſententia] κατὰ νοῦν, ἀπὸ καρδίας, *lin.26.*
Ex animo formula.

Epula ad c. prolata] legendum cum MſS. *p.64.l.*
ob certamen prolata, intermiſſæ. *13.*

Exſonat cantibus t. nauig.] Hanc lætitiã ex- *lin.14.*
primit Syneſ. Euoptio, quo loci πλεῖν Atticũ

eſt pro πλέον quod non vidit interpres Epiſtolarum, qui falsò Cuiacius dicitur.

lin. 20. *Tectis arundin. perit. artifex*] δοναχεὺς. Oppia. lib. 1. κυνηγ.

lin. 21. *Viſcatis illigata viminibus.*] Senec. c. 13. lib. 6. *De irâ. aues viſcum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.* Oppia. 1. ἁλιευτ.

Τοὺς δ' δόναξιν ἐπέπτυσαν ἰξοφόροισι.
Ouid. Metam. lib. 14. Martial. Epigram. 55 lib. 1.

lin. 28. *Caluos ſtigmoſoſque.*] Mira eſt correctorum audacia. Encolpius & Giton calui & ſtigmoſi, vt docuit clarè Petron. & tamen alii legi volunt *ergineſoſque*, alii *ſilenos* ſc. δὶς τὸ αὐτό. caluos, & ſilenos.

lin. 33. *Quod ſolum forma decus.*] Sic ergo rectè antea caluiciem vocauit *capitis dedecus.* Capillos eſſe formæ decus multis docuit Apul. lib. 2. Mileſ. Auſon *Epitaphio Glauciæ* 53. Prudent. paſſim, Macer *de crinibus.* Petrus venerabilis in Epiſt. Iul. Fir. mat. *De error. prophan. relig.* Vſuard. *de ſancta Fauſta.* Phauorin. apud Stobæ. ſerm. 64. copioſè Ælian. *hiſtoria animal.* cap. 10. lib. 2. ex Sophocle qui Sophocles *Electra* vocauit χλιδὰς quo loci Scholiaſt τρυφὴ τῆς κεφαλῆς ἡ κόμη. Idem Ælia. alibi quo loci plura dicturi ſumus θεῶν νεύοντος.

p. 65. l. 1. *Areaque.*] De area ἀλωπεκίας legèd. Scholiaſt Callimachi hymn. εἰς Αρτεμ.. ad hæc verba κόμην ἐπινείμαιτ' ἀλώπηξ. Alexand. Trallia. c. 1. lib. 1. Lycophron dixit χερσαίας πέδον, duplici metaphora, prior quoniam à

papauere ad hominem. Scholiaſt. Theocrit. Idyll. 11. Mauſa. ad Harpocr. altera notiſſima.

Corymbioque.] De Corymbio, corymbo, corymba, apice, crobylo, galero cincinnato, galericulo, omnes dixere: de materia, pauci. Vel enim hæc omnia pura erant ſiue ex nudis capillis, vt apud Ouid Eleg. 14. lib. 1. *Amor.* Lucia. Dial. meret. vel auro intexta, ſic enim illud capio Diui Gregorii Nazianzeni περὶ γυναικῶν καλλωπιζομένων. ἢ χρυσῷ σφιγγομένων πλοκάμων vel ornata ſmaragdis. Plin. c. 35. lib. 9. alius locus hac de re diſſerendi. *lin.* 13.

Immò ſupercilia] de quorum colore & tinctura dico alibi. *lin.* 15.

Me tralatitia formoſitate.] Sic lego. *lin.* 13.

Flaucorum.] Scripiti cod. *flauicomum* tolerabili quam retinemus lectione. fœminæ potiſſimam curam habebant corymbii flauicomi, copiosè dicimus ad Pauſan. viris etiam veneriis ſtudium tantum, *Vt capiti auri ramenta reſpergerent quo magis coma illuminata flaueſceret.* Quæ de Vero notat Iul. Capitol. in Vero. & Trebell. Pollio in Gallieno. Has delicias tangit quidam interpres Horat. ad illud. *lin.* 29.

Cui flauam religas comam

Et ſic ἔπαινος τῆς κόμης παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ξανθόν. Euſtat. ad Odyſſ. 1 de ramentis, hiſtoriæ Gallicæ ſcriptores, qui affectatas has delicias notant in Clodione & aliis Lucia in Gallo χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξημμένος τῶν βοστρύχων. & alibi χρυσῷ διαδεδεμένους τοὺς

πλοκάμους. Omnes ex Homero, qui Gratiarum comas effingit ſic adornatas, & Euphorbi comas eaſdem eſſe ait Lucia. καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος διὰ τοῦτο Χαρίτεσσιν ὁμοίας εἰπεῖν σου τὰς κόμας ὅτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο, tales Iunonis comæ in nuptiis Philo. & Mer. apud Martian Capell. lib. 1. *Iuno quoque expurgati auri ſplendente venâ addiderat crinibus ſociale vinculum.* Sic lego: hinc funiculus ille quo intexebantur equorum iubæ, quoniam aureus, χρυσάμπυξ apud Homer. ad quem Euſtat. Il. 9. hinc apud Græcos ξανθίσεσθαι, κοσμεῖσθαι τὰς τρίχας ἢ βλάπτεσθαι αὐτάς leg. βάπτεσθαι apud Heſych. qui duplicē his in verbis denotat modum ſiue ramenti ſiue lixiuii. Sed vt dixi copioſius ad Pauſan.

p. 66. l. 1. *Peregrina libidine.*] Non maritali, ἐπισάκτῳ γάμῳ vt eſt apud Lycophron. vt γυνὴ συνείσακτος apud Gregor. Nazianz. Euſeb. & Niceph. dico copiosè ad alium locum.

lin. 3. *Nec ſe tragœdias.*] Non abludit ab his Phœdri proëm. lib. 3.

ſed fabuloſa ne vetuſtate eleuem,
Narrabo tibi memoria quod factum eſt mea.

lin. 12. *Non contenta.*] Solin. c. 15. *Cuius ſuprema non contentus proſequi ſumptu funeris, crinem tonſus eſt.*

lin. 16. *In hypogæo*] de quo Scholiaſt Sophocl. ad Elect. Cæl. Aurel. acut. morb. c. 37. lib. 2.

lin. 18. *Mortem inediâ perſequentem*] ἀποκαρτερῆσαι Plutarch. in Pericle vbi legend. γηραιὸς.

Digitized by Google

legend Suet. Aug. c. 53. Iul. Capitol. in M. Anton. Philoſ. Eunapius vitâ Porphyrii. ἐκλύεσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Aſpaſ. ad Moral. Ariſtot.

Singularis exempli.] Monimentum *lin.* 22.

Serrana

SINGVLARIS EXEMPLI.

Fab... erat.] Quæuis narratio. Tibull. *lin.* 28. Eleg. ... 1. Iuſtin. hiſt. lib. 12. Seneca Contro. 15. l. 2. Coripp. l. 3 Apul. l. 5. Mileſ. & Apol. 1. ſic *fabuloſæ palumbes*, apud Horat. Od. 4. lib. 3. Propert. dixit *hiſtoriam fieri*, Iuuenalis, *declamationem.*

Pudicitiæ exemplum.] Albinouan. *lin.* 29.

Occidit exemplum, iuuenis, venerabile morũ.

Crebrum in antiquis lapidibus.

Vitio gentis.] Vt apud Iuuenal. Sat. 2. Salust. 1. hiſt. Quintilia. Declamat 311. *p.* 67. *l.* 4

Faciem vnguibus ſectam.] Sic Proteſilai *lin.* 10. ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος, apud Homer. Iliad. β. quod tamen arguit Proteſilaus ipſe apud Philoſtrat. *Heroic.* ſic aliæ mulieres quibus ἀμφιδρυφοί εἰσι παρειαί. Il. λ. Quintus Calaber l. 3. Oppia. l. 1. κυνηγ. Propter hanc mulierum inſaniam lex illa in 12. tabul. *Mulieres genas ne radunto.* Sic enim intelligenda eſt, non vt Sauar. ad Sidon.

Ratus quod erat] συνιὼν τὴν αἰτίαν. *lin.* 11.

Dolore ſuperuacuo.] Sic Steſichor. apud *lin.* 14. Stobæ.

ἐν τοῖς παρηγορεῖν

Ἀτέλεστα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

Exulceratæ mentes.] Io. Sareſber. Epiſt. *lin.* 18. 193. *exulceratæ mentis impetum nequaquam*

Digitized by Google

potui ſuſtinere. ſic *exulcerata ſuſpiciones* apud Æl. Lamprid. in Anto. Diadum.

lin. 24. *Vini odore corrupta.*] Quam facilè tale fœminarum genus odore vini corrumpatur, teſtes aniculæ Plautinæ vt Curcul. Mercat. & apud Phæd. fab. 1. lib. 3.

ead. *Vini certè.*] Corruptum locum emendo, *vini cibique*. Mſſ. vici citi. confirm emendationem Petron. dum ſubiicit *ta potione & cibo*. & alibi. *nec minus auide repleuit ſe cibo quam ancilla*. Et. *non cibum non potionem capiebam*. Sic vinum & cibus iungi ſolita, vt apud Homer Iliad. 5. & 9. *σίτυ καὶ οἴνοιο* idem Il. τ. & paſſim Heſych. illuſt. principio vit. philoſ. Iuuenal. Sat. 5 Claudian. Ep. 33. Scribon. Larg. præfat. lib. de Compoſit.

lin. 30. *Si te viuam ſepelieris.*] Alcæus apud Athen.

> ὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν
> Προκόψομεν γὰρ ὐδὲν ἀσαίμενοι.

lin. 34. *Reluctantib. f. ext.*] Hæc abſunt à Mſſ. nec illa agnoſcit editio Patiſſonii: Credebant vi quorundam lapidum reluctantibus fatis animas in corpora redire, Orphæ. proœm. λίθων.

> Καὶ ψυχὴν ἐλάσαι τεθνειότος, αἴ κεν ἔρεμνῦ
> Ἐξ ἀΐδος προμολῦσα ποτὶ χεῖμ' ἵπλοιτο ἑκάστῳ.
> *Extinctique vmbram nigris reuocare tenebris.*
> *Et cuique ex Erebo fatalis vita redibit.*

Eadem vis plantis quibuſdam & floribus de quibus Etymol. v. βάλλις.

p. 68. l. 3. *Nemo in audit*] *audit* vt in illo Virg. verſu.

neque audit currus habenas.

audire pro obedire vt Græcis χλύειν, quæ non ea vis verbi ἀκύειν Eadem autem militi huic accedêre, quæ multis, vt ex commiſeratione in amorem labãtur. ἐκ γὰρ ἐλέου τοι πολλάκι φύεται πόθος. Ariſt. Epiſt. 12. lib. 2.

Vt m. viuere vellet.] Ead. apud Plutar. in Phocion. Iuſtin. hiſt. lib. 12. *agreque ſit ab eo obtentum vt viuere vellet.* loquitur de Poro Indorum rege. *lin.* 12.

Partem corporis.] Sic poſteâ. *Cum illa parte corporis.* Et *funerata eſt pars illa corporis.* Marius apud Saluſt. Cicer. lib. 9. Epiſt ad famil. Apulei aſinus lib. 7. Prudent. Cathemerin. D. Hieronym. Epiſt. 61. Miror ex interpretibus non peſſimis vnum ad hunc locum ita ſcripſiſſe *adhuc quærimus interpretem huic loco.* *lin.* 18.

Iacuerunt] pati ſignificatu ac κεῖνται Atticorum. Litteræ ſacræ dicũt *dormire*, vt Deuteron. c. 22. Leuitic. c. 20. Ælia. hiſt. animal. καθεύδειν, vt antea *neque quæres vbi nocte dormiat.* ſic προσομιλεῖν vt apud Heliodor. lib. 1. ſic quieſcere apud Apul. lib. 5. εὕδειν ead. ſignificatione apud Homer. Odyſſ. 9. συγκατακλίνειν Parthen. ξυνοικεῖν Sappho apud Stobæ. de quibus ſingulis in ſingulari illo volumine. *De Dictionibus amatoriis.* *lin.* 20.

Cruciarij vnius.] Triplex huius dictionis acceptio, Cruciarius, cui parata crux eſt. Calpur Flacc. Declam 23. Cruciarius, qui cruce dignus Apul. Mileſ. 10. Iſidor lib. 10. Cruciarius, pro iam affixo. hæc non diſtinxerant duo illi qui *de Cruce.* *lin.* 29.

Digitized by Google

lin. 32. *Supremo in officio.*] Carmen ſepulcrale.

Supremum utriſque præſtitit officium.

Lapides omnes.

lin. 33. *Miles circumſcriptus.*] Nihil eſt mutandum.

p. 69. l. 3. *Ius dicturum ignauia.*] Phalaris Megarẽſ. κατηγορῶ δ' ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας ſic legendum *accuſo meam ignauiam.*

lin. 11. *Mortuum impendere*] legi *pendêre* ſenſu ita poſtulante.

lin. 18. *Iſſet in crucem*) ἴεναι εἰς θάνατον Plat. lib. 3. πολιτικ.

lin. 29. *Fæmina nulla bona eſt.*) Huc inſeri volui Epigramma in mulieres, attribuitur Ciceroni, an Quinto fratri, incertum, natat inter fragmẽta Auſonii & Petronii. Eiuſdem argumenti eſt illud Afranii Auctione.

Haud facul fœmina inuenietur bona.

Legend Stob. ſerm. 71. Plaut. Mercat.

lin 23. *Ceruicem ſuper Gitonem a p.*) ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὸν δὲ αὐχένα. Ariſtenet. Epiſt. 16. lib. 1.

lin. 35. *Non cibum non potionem*) Hæc faciunt qui ex ira in furorem prolabuntur Iuſtin. lib. 43. *Ex dolore ad furorem vertitur, multis diebus non alloqui quenquam non cibum ſumere.* Lucia ſinus ἦδε παῖς οὔτε ἐμφαγεῖν τι ἤθελεν, οὔτε πιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἔκλαε. Apul. lib. 3. ex eo.

p. 50. l. 1. *Obliquis trucibuſque oculis*) *acerba tuens* apud Virgil. ἀσκαρδαμυκτὶ γοργωπεῖν, λοξοῖς ὀφθαλμοῖσι δοκεύειν & ſexcenta quæ notaueram plane puer: facetè Xanthias apud Ariſtoph. in Ranis dicit βλέπειν ὀρίγανον. δριμὺ γὰρ τοιοῦτον τὸ φυτόν. ſic apud eund.

Acharn. Act. 1. Sc. 3. ναύφαρκτον βλέπεις. τραχὺς, μέλαν καὶ πλατύ. pari fere ſignificatione, & Act. 2. ſc. 1. βλέπειν θυμβροφάγον, δριμὺ καὶ πικρόν. & βλέπειν κάρδαμα alibi.

Omnia me oſcula vulnerabant.) Propert. Eleg. 6. lib. 2. *lin. 2.*

Me iuuenum facies pictæ me nomina lædunt.

Græci dicunt πάντα τὰ φιλήματα συμφοραί μοι καὶ θάνατος, de qua locutione, Iſaac. Caſaub. ad Charact. Theophr. & ad Athen. Horat. Od. 14. lib. 1.

Sermone communi) de quo Cicer. 1. offic. Theocr. Idyll. 14. *lin. 14*

Ἄμμες οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ᾽ ἀριθμητοί

Et ibi Scholiaſt. interpres Callimachi in Epigramm. Lucia. Nigrino. οὔτε κοινωνεῖς τῶν ὁμοίων λόγων quo loci diximus quid ὅμοιος λόγος. iunge Euſtath.

Recentem cicatricem.) Vn antea, *cum vulnus ingens fuerit cicatrix non eſt.* *lin. 16.*

Nam citius flammas) Dixi ad lib. 2. Heliod. *lin. 29.*

Inhorruit mare.) Verbo vtitur conuenienti ſic Cicer. 1. de rep. *Subito mare cœpit horreſcere.* Siſenna 3. hiſt. *ſubito mare inhorreſcere.* Marcell. verb. *horrendum.* Luca lib. 5. *p. 71. l. 5.*

& niger inficit horror
Terga maris.

Boëth. Conſol. Philoſ. Met. 6. lib. 1. proſ. 2. l. 2. Syneſ. Euoptio.

Obruere tenebris diem.) Claudia. 1. de rapt. *lin. 6.*

Obducam tenebris lucem.

lin.10. *Nec quo deſtinaret curſum.*] Turpil. Demiurgo, *Neque nautæ cum eſſent circumuenti ventis, incerto itinere, porti indigentes.* Luca. lib.5.

lin.18. *Manifeſta conualuit.*] Emendationem huius loci debemus Mſſ. Codd. *poſtquam ſpes omnis manifeſto euolauit.* manifeſtò ἐπ' αὐτοφόρῳ Gl. Vet. Heliod. lib. 1. ἐπ' αὐτοφόρῳ. Quid autem impulerit correctorum audaciam, vt omnimodè locum illum deturparent, haud adhuc video. Me ſanum repoſuiſſe non diffido. Euolare eſſe verbum abdicatæ ſpei fruſtra eſſet monuiſſe.

lin.24. *Sic vociferantem.*] Propert. Eleg 6. lib 3.

Subtrahit hæc fantem tortâ vertigine fluctus.

Achill. Tat. lib. 3. ἅμα δὲ λέγοντα κῦμα δὲ ἐπικάλυπτε κα[illegible].

lin.30. *Applicitus.*) Pro aſteriſco præcedére hanc dictionem ſcribo ex Mſſ. *Gitoni appl.* ſenſu ſane ita poſtulante.

p. 72 l.1. *Iratum mare.*) Vt apud Horat. Epod 2.

lin. 2. *Dilexiſti * ad oſcula.*) Aſteriſci loco reponendum cenſeo *exere caput.* Dicit enim poſteà. *exeruit ad oſculum caput*, ſublato aſteriſco poteſt eſſe ἀσύνδετον. Poſtrema tamen editio quam impuri mei chalcographi ſequuntur, inuitis Mſſ. locum reformans fecit *da oſcula.* Bionis verſus ſic lego & interpretor

Ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
Τοσσοῦτόν με φίλασον, ὅσον ζώει τὸ φίλαμα.
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα κεἰς ἐμὸν ἧπαρ.

Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ, ἐκ δὲ τεοῦ γλυκὺ φίλτρον
ἀμέλξω,
Ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα.

Dum licet oſculum ad extremum caput effer,
Adoni,
Amplecti tantumque velis, quantum oſcula
viuunt.
Defluat in ſenſus atque in præcordia, mentis
Aura, tuæ, ſuggam dulciſsima philtra labelli
Atque bibam natum Veneris.

Fatis properantibus.) Lege Clariſſimum lin.3.
virum Iac. Cuiac. notis poſterioribus ad
Inſtit. tit. vltimo.

Rape.] Hoc verbum explicat vir Clariſſ. lin.4.
Pet. Faber ad l.168. de Reg. iur.

Iuncta nos mors.) De hoc συναποθνησκόντων lin.9.
ritu alibi. Hunc autem locum malè aliter
legit Petr. Daniel.

Aliquis præteriens.) Ex Athenienſium le- lin.11.
ge, quâ ſancitum humanum corpus inſe-
pultum terra condere, Ælia. ποικιλ. cap.15.
lib.5. νόμος καὶ οὗτος Αττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περι-
τύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ
γῆν. porro γῆν χεύειν, ἐπιβάλλειν, ἐμβάλλειν,
ἐπιμοιρᾶσθαι κόνιν, γῆν, παλύνειν τὴν λεγομένην
χυτὴν γῆν, γάποτον χύσιν, & ſimilia hac in re
tritiſſima ſunt.

Tralatitia humanitate.) Copioſè hac de ead.
re dicturus ſum ad Pauſan.

Imprudens arena.) Lycoph. Alexand. lin.14.

Ξένοις ἐπ' ὀστέοισιν ὀγχήσει κόνιν.

Diod. Sicul. lib.1. Propert. Eleg. 6. lib.3.

Fatum ſponte tuâ vilis arena tegas.

Senec Epiſt. 82. ex Mecænate, Prudentius

hymno ſancti Laurentii.

Fœlix amœni littoris
Receſſus ille, qui ſacra
Fouens arenis viſcera
Vicem ſepulcri præbuit.

Claudia. paſſim. Zanus lib. Anthol.

Ψυχρὰν σοῦ κεφαλῆς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν
Θῖνα κατὰ χρυσέου χευάμενος, νέκυος.

Antip. eod. lib.

Αὐσονίη με λίβυσσαν ἔχει κόνις ἄγχι δὲ Ῥώμης,
Κεῖμαι παρθενικὴ τῇδε παρὰ ψαμάθῳ.

lin. 18. *Non arbor erat relicta.*) Confer hanc tempeſtatem cum Theocriti Idyll. 22. Achill. Tat. lib. 3.

lin. 21. *Ibat cum fluctibus.*) Sic in fragmentis Petronii.

Delos iam ſtabili reuincta terra
Olim purpureo mari natabat.
Et modo leuis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta ſummis.

lin. 23. *Paruulis expediti nauigiis.*) *Orias* intelligit, de quibus Plaut. Caciſto, apud fulgent. *de priſco ſermone.* Ipſe Plaut. Rudente vocat *oriolas.*

lin. 24. *Ad prædam rapiendam.*) Ad furtum faciẽdum. Nam rerum naufragio iactarum furtum eſſe leges teſtantur, præter Vlpia. *l. falſus. §. ſi iactum ff. De furtis.* legend. Ariſtotel. c. 1. lib. 3. *Moralium.*

lin. 25. *Crudelitatem in auxilium.*) Hoc etiã crudelitatem vocauit Caſſiodor. Epiſt. 7. lib. 4. *Crudelitatis enim genus eſt vltra naufragium velle deſæuire,* &c.

lin. 26. *Murmur inſolitum.*) Fulgent. *de Virgiliana*

Digitized by Google

continentia. quales vatum imagines eſſe ſolent, dum aſſumptis ad opus conficiendum tabulis ſtupida fronte arcanum quoddam latranti intrinſecus tractu ſubmurmurāt. Sic nunc murmur, de poëta verſus ſcribente.

Sub dieta.) De qua l. 67. *de Diuortiis & repud.* alii zetam dixere, Cuiac. ad Pauli ſent. Caſaub. ad Suet. *ead.*

Inieci manum.) Vt in leg. 12. tab. *manum endoiacere.* ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. In Euangelio D. Matthæi, & apud Heliod. lib. 1. & 8. *p. 72. l. 3.*

Frenetico.) Freneticis non ſolum iniiciebantur manus ſed etiam funes. Vt apud Plaut. Captiueis Sc. 9: apud quem male, *fit opus Hegio.* lego *fune opus vt quidam.* *ead.*

Porcam mugientem.) Dixerat anteà, *Tamquam cupientis exire bellua.* non igitur attenderunt qui mutare auſi ſunt. *lin. 5.*

Caſam piſcatoriam.) De qua ad lib. 1. Heliodori. *lin. 6.*

Cibiſque naufragio corruptis.) Virg. Æneid. *lin. 7.*

Tum Cererem corruptam vndis.

Corpus humanum.) Piſcatores paruis expediti nauigiis, poſt longam tempeſtatem diſcurrebant, vt inhumata corpora ἐκ ναυαγίας ἀποπλυθέντα, ſepulturæ mandarēt. Elegancer hoc piſcator apud Alciphronem in Epiſt. elegantiſſima, vbi legendum ῥύμῃ & νοστήσωμεν. *lin. 11.*

Viuentibus oculis.) Loco huius lectionis prauam ſubſtituunt. *lin. 13.*

Maris fidem.) Sic maris fides, apud Solin. cap. 56. *Taprobanem inſulam antequam temeritas humana exquiſito penitus maris* *ead.*

fidem panderet. Propert. El. 6. lib. 3.

Fallit portus & ipſe fidem.

Cornelius Cel c. 6. lib. 1. *ſed eſt tamen maris fides*. Tertul. de pallio. *ſic & mari fides infamis* Petau. ad Orat. 4. Themiſtii. Virg. Georg. Plin. Gratia. Actione ad Traian. *Quod enim tam infidum mare quam blanditiæ principum.*

lin. 16. *Expectat vxor.*) Ex Homer. Iliad. β. à quo Ouid. Triſt. Eleg. 2. lib. 1. quam vide. Plaut. Captiu. Terent.

lin. 21. *Natat.*) Plaut Rud. Act. 1. Sc 2.

Homunculi quanti eſtis eiecti, vt natant.

Propert. Eleg. 6. lib. 3.

Et noua longinquis piſcibus eſca natat.

lin. 25. *Terribilem paulo ante Licham.*) Q. Curt. lib. 3. *Et Hercule terribilem antea regem.*

lin. 28. *Vbi.*) Articulus increpandi. Phædrus fab. 9. lib. 1.

Oppreſſum ab Aquilâ fletus edentem graues
Leporẽ obiurgabat paſſer, vbi pernicitas
nota, inquit, illa eſt?

lin. 29. *Impotentia*) Valde potentia, Horat. Vell. Patercul. lib. 1. Prudent. Cathemer.

Maiorum meritis tutus & impotens.

Dixi antea ad hæc verba *cœnae impotentium*. ſic apud Græcos ὁ α. auget vt ἄξιος ἀντὶ τοῦ πολλοῦ βίον κεκτημένος, ὥσπερ ἄξυλος ὁ πολύξυλος Gl. Mſſ. quæ conueniunt cum Homero & Antiphonte, vt patet apud Harpocrat. v. ἄξιος. Etymol. mille locis. impotentiam alibi quidam interpretantur iracundiam & inhumanitatem vt apud Cicer Epiſt. ad Planc.

Qui paulo antè iactabas) Hac de re Stobæ. *lin.31.* ſerm.22.Conſtantin.Manaſſ.

ὁ πρὶν ὑπεραιρόμενος, ὁ σοβαρὸς, ὁ γαῦρος

Et alibi.

ὁ πριν σοβαροπρόσωπος, ὁ πρώην φρυαχλίας.

Ne tabulam quidem naufragus.) Dixere de *lin.33.* hac tabulâ interpretes Perſii.adde. mentita ſæpe naufragia, paruæ iacturæ in magnorum naufragiorum formam depictæ, Caſtores naufragam tabulam ad littus aliquod direxiſſe, & alia τῆς τοιαύτης τραγῳδίας οἰκεῖα, vt hac de re loquitur Lucia. de Merc.cond.

Si bene calculum ponas.) Paſſim apud Se- *p.74.li.* nec.Iuuenal.Sat.6.*ponatur calculus.* Plin. c. *12.* 50.l.7.quem vide.

Vbique naufragium eſt.) Homer.hoc ex- *ead.* primit Iliad.12.

Κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο

Μυρίαι ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι.

Eadem loquitur Scholiaſt. Sophocl. ad Oedip.Tyrannum.Luca.lib.1.*Naufragium ſibi quiſque facit.* frequens eſt apud autores, huius Declamationis theſis, vt apud Ariſtoph.in Ranis.Pind.Od.2.Olym.Senec. ſuaſ.2.Contro.16.lib.2.Lucia. Toxar. Euſtol.apud Alciphronem Auſon.Sapientib. Prudent, hymno Quirini Plutarch. in Anton.

Tanquam interſit.) Hoc in mentem vene- *lin.14.* rat philoſopho illi Theodoro Cyrenæo apud Cicer.Tuſc.1.*Theodoro quidem nihil intereſt, humi an ſublimis putreſcat.* Valer. Max. lib.7.Luca.lib.7.

tabeſque cadauera ſoluat

An rogus, haud refert.

Lucia: Ioue Tragœdo. αἱ Μοῖραι ἑκάστῳ ἐπικλώθουσι, τὸν μὲν κεραυνῷ, τὸν δὲ ξίφει, τὸν δὲ πυρετῷ ἢ φθόῃ ἀποθανεῖν.

lin. 16. *An mora.*) Tertull. Apologet. c. 29. Ouid. Epiſt. Ariad.

Morſque minus pœnæ quam mora mortis habet.

lin. 17. *Fera tamen.*) Hinc diræ in hoſtes. Euripid. Phœnic.

ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον οἰωνοῖς βορὰν.

οἰωνοῖς. i. γυψὶ ſic οἰωνοὺς vertit Scholiaſt Sophocl. ad illud Aiac. Maſt.

ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.

Tangit has diras Catull. Epithalam. Pelei & Lucan l. 4. Sic apud Theocrit. Idyll. 3.

Κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδε μ' ἔδοντι.

Quod ita ſuum fecit Ouid. in Ibin

Inque meo tingent ſanguine roſtra lupi.

Idem Epiſt. Canac.

Diripient auidæ viſcera noſtra feræ.

Hoc paſſim apud Homer. vt Il. 1. 4. 11. 18. Propert. El. 6. lib. 3. qui totus ad Declamationem noſtram pertinet. Luca. l. 7. Plin. Epiſt. 10. l. 6. 19. l. 9. Ouid. paſſ. Lucia. Aſin. Prudẽt. hymno ſancti Vincẽt. Protogenes apud Ælia. Var. hiſt. & Stobæ. ſerm. 122.

lin. 21. *Omnia facere.*) Simili loquendi genere vſus Catull. Carm. 76. Plin. Epiſt. 20 lib. 1. Quintil. Decla. 253. Iul. Capitol. in Maxim. Lucia. Dial. meret. Aſco. in 3. Verr. Athenæ. c. 20. lib. 4. Contrà nihil agere, Horat.

lin. 24. *Rogus collectus.*) Sic ſcripſimus, & ſic fere

Digitized by Google

in omnibus editionibus & Mſſ. Manil. lib. 4.

Et collecta rogum facerent fragmenta carina.

Hoc peracto officio.) *Hoc peracto carmine.* poſteà. Naufragi autem, vt hoc loco Lichas, ſepeliri ſolebant in littore vt apud Homer. Odyſſ. λ. de Elpenore lin. 28.

Ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, ὅσσα μοι ἐστὶ,
Σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης
Ἀνδρὸς δυστήνοιο καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Virg. 5. & 6. Æn. Remus autem in ſepulcro figebatur, ſi mortuus fuiſſet arte nauta, ſi conditionis alterius, faciebant conditorium ſiue ſacellum in quo apponebant ſigna conditionis, Homer loc. cit. Virgil. loc. cit. Philoſtrat. Heroicis. Lucia Scytha.

Crotona.) Cicer. 1. offic. *Crotoniatæ quondam cum florerent omnibus copiis.* Interpres Mſſ. Viri Clariſſimi Domini Anſelmi *Crotoniatæ, Romani.* De Crotone, paſſim obuia, vt apud Strabo. lib. 6. Pythag. apud Iamblich. lib. 8. *De vita Pythagoræ,* interpr. Lycophro. ad Alexandr. lin. 34.

Cum dil. exploraremus.) Ex Homer. Odyſſ. ζ & ν. à quo etiam Virgil. 1. Æneid. p. 75 l. 1.

Qui homines.) Vt apud Theocrit. Idyll. 22. ead.

Χαῖρε ξεῖν', ὅστ' ἐσσί, τίνες βροτοὶ, ὧν ὅδε χῶρος;

Virgil. 1 Æn.

Poſt attritas bellis c. opes.) Suet. Aug. *Attrito bellis ciuilibus patrimonio.* lin. 3.

Corui.) Hæredipetæ officii falſo nomine morientibus aſſidentes corui ſunt corpora exſpectant. Plaut Menech. Catull. lin. 27.

Digitized by Google

Senec.ſic dicti γύπες καὶ κόρακες heredipetæ apud ſacros & profanos ſcriptores. Declamant in heredipetas Tull.parad.5. Horat. Sat.5.lib. 2. Plin. Auuncul. proëm. lib. 14. Plin. Nepos.in Epiſt. Iuuenal. Sat. 12.

lin.28. *Conuertit ad no.*) Bernart. ad Stat. malè legit *aduertit*.

lin. 26. *Diuinationis:*) Non omnino ſpernenda lectio *diuitationis*. Reſpicit enim illud, *qui vero nec vxores, &c.*

lin. 32. *Largior ſcena.*) Cenſeo non mouendam optimam lectionem. ſic idem hac de re poſtea. *ne quid ſcena deeſſet.* Et docuimus antea verbum eſſe theatrale *conuertit*, quod quidem paulo ante etiam repetit.

p.76.l.3. *Lycurgi villa.*) Miror interpretes nuſquã hunc Lycurgũ deprehendere. Cum Plaut. manifeſto de eo loquatur, ſcripſeratque vitam illius Æſchyl. Alexandr. vt eſt apud Athenæ.

lin.6. *Quid ceſſamus.*) Plaut. Perſa.
Sed quid ceſſamus prælium committere?

lin.8. *Vt plurimum tuſſiat.*) Hamo eam imponit eſcam quam nouit appetituros piſciculos. Tuſsis enim ſignum morituri, præter medicos Martial. Epig. 26. lib 2.

p.77.l.5. *Vnum pro alio appellet.*) Talis πτωχαλάζων apud Athenæ. lib. 6. Cuius locum emendarunt Viri Clariſsim. Theod Marcil. Epiſt. 1 lib. 1 Horat. & Iſaac. Caſaub. not. poſteriorib. ad Theophraſt περὶ ἀλαζωνείας.

ead. *Fundoſque mendaces.*) Sic Manil. l. 4. *fallacia rura.*

ead. *Omnibus renouet.*) Hinc aſteriſcum inutilem

lem amouimus. Rationem reddit Iuuenal. Sat. 11. *Delebit tabulas*, &c.

Sub inſolito faſce.] Magno ſiue iniuſto: Talis faſcis militaris apud Virg. lib. 3. Georg.

Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

quem locum dum citat Marcell. vt faſces pro conſulatu acceptos aſſerat, in triplicem, vt autumo, nec fallor, incidit errorẽ. ſic faſcem iniuſtum pro magno dixit Proſper. Aquitan. *de Dei prouident.*

Iniuſto pluuiam metuit ſub faſce viator.

De his autem qui ſeruis imponunt maiora onera quàm ferre poſſint, legend. Theophraſt. Charact περὶ βδελυρίας.

Me iumentum) Eadem acceptione in Gl. lin. 17.
Veter. ἀχθοφόρον κτῆνος. Heſych. ἀγονομόχθος ἡμίονος. vult dicere quoduis vectabulum vt apud Plaut. Menech. Sc. 13. Marcell. in *iumentum*. Gell. c. 1. lib. 20.

Nec minus liber ſum.] Hac de re elegan- lin. 20.
tiſſimè Demoſthenes contra Eubulidem.

Tollebat pedem & ſtrep. obſcœno.] Sic apud lin. 23.
Herodot. ἄρας δὲ σκέλος ἀπεματάκισε.

Putauit ſe in Helicon.] Lucia. bis accuſat. lin. 31.
οἱ μὲν καὶ μόνον ψαύσαντες τῆς λέξεως ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ καὶ ἐπιχεισάμενοι τῆς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἴονται καὶ αὐτοὶ μεταβεβάφθαι.

Sententiarum tormentum] vt *verborum tor-* p. 78. lin.
menta apud Minuc. & Cypria. 21.

Recepit vltimam manum.] Virgil. 7. Æn. lin. 26.
Ouid. paſſim, vt & Seneca & Solin. Epiſt. ad Auitum, Tranſlatio à pictoribus, vt vult Ælia. Variis Quintil. Præfat. Inſtitut. Oratoriarum.

Digitized by Google

lin.28. *Orbem iam totum.*] Hoc vnum dixêre omnesRomani,omnes alii de Ro.Imperio ſcriptores,neque notare ſingulos mens eſt mihi, patet proœmio Dionyſ.Halicar. videtur autẽ ſubtiliter alludere ad tabulam Imperii Romani,quam publicè propoſuerat Agrippa, in qua depictus orbis totus, vt patet apud Plinium, ad quam tabulam quin reſpexerit locus obſcurusEugenii vel Eumenii nullus dubites. ſic autem eſt, lineolis pene finientibus. *Nunc enim nunc demum iuuat orbem ſpectare depictum,cum in illo nihil videmus alienum.* Aliam rationem reddit Egeſipp.in excidio c.11.lib.2.

ead. *Victor Romanus.*) Luca.l.1.& 7. Solin. c.8. *victores Romani.*Ouid. Triſtis Eleg.7.lib.3. D.Auguſt.c.20. l.2. de Ciuit. Dei, Eutrop. l.6. *Romanis toto orbe victoribus.*

lin. 29. *Qua mare qua terra.*) Imitatus hunc Virgilii 1.Æneid.locum Petron.

Qui mare qui terras omni ditione tenerent.

Luca.lib.1.

Qua mare,qua terras,qua totũ poſſidet orbem.

Sulpicia Seuera in Satyric.

ead. *Qua ſidus currit vtrumque.*] Sic apud Luca.lib.1.

Vnde venit Titan,& nox vbi ſydera condit.

lin.30. *Nec ſatiatus erat.*) Hoc apud Salluſt. Iugurth. cuius locum, vt alios, imitatus eſt eius ſimia Tacit. 2. Annal. Plutarch. in Pompeio,D.Auguſt.cap.30.lib.1. *De Ciuit. Dei.*

lin.33. *Si qua foret.*) Ambitioni comitem iungit auaritiam,aliam Reip.peſtem, ex auaritia

Digitized by Google

enim erumpunt bella ciuilia, factiones, audacia. Cic. pro Q Roſcio, Cæſar de Morib. Germanor. *Ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, quâ ex re factiones diſſenſioneſque naſcuntur.* Sic rectè lib. Mſſ. tangit Saluſt. Catilin. Liui. lib. 34. dico ad Saluſt.

Fatiſque in triſtia bella p.) Perſuaſi veteres *lin. 34.* bella immiti à Diis vel ludentibus, vel iratis, vel inuidentibus. *Ludentibus* vt apud Luca. lib. 7.

Hoc placet, ô ſuperi, cum vobis vertere cuncta
Propoſitum eſt, noſtris erroribus addere crimẽ.

Et lib. 9.

ſuperis hac crimina dono.

Iratis vt apud Horat. Od. 6. l. 3. *inuidentibus*, vt apud Florum c. 12. lib. 1 *hinc ſiue inuidia Deûm ſiue fato*, &c. ſic cap. 2. lib. 4. & paſſim. Quod autem ait Petron. *fatis in triſtia bella paratis*, eleganter tangitur. à Cicerone pro Ligar Senec. c. 14. libri *De Conſolat. ad Martiam*. Flor. cap. 12. lib. 1. Manil. paſſim in Aſtronomicis Luca. l. 7. & 8. huius autem ciuilis belli cauſſam aſſignat Cicer. Ep. 14. l. 8. ad familiar. *Quod Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem Conſulem aliter fieri, niſi exercitum & prouincias tradiderit: Cæſari autem perſuaſum eſt, ſe ſaluum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit.* à quo dubio procul Suet. in Iul. Cauſſam refert Valer. Max. c. 6. l. 4. ad mortem Iuliæ Cæſaris filiæ Pompeii coniugis. ſed Flor. c. 12. l. 3. *Cauſam dat nimiæ fælicitati bellorum ciuilium cauſa nimia fælicitas.* D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 30. & lib. 2. cap. 18.

lin. 35. *Non vulgo nota placebant.*] Seneca in Troade

Non placent ſueta dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.

Luca. lib. 1.

menſaſque priores
Aſpernata fames.

Alia item hæc Reip. vomica *luxuria*. Cato apud Liui. lib. 34. *Diuerſis duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare quæ peſtes omnia imperia euertunt.* D. Auguſtin. c. 2. lib. 5. de Ciuit. Dei. Manil. autem lib. 5. hunc poëtæ noſtri luxum deſcribit.

p. 79 l. 1. *Non vſu plebeio.*] Dixi antea ad illud *plebeium ſapit.*

Quæſitus tellure nitor.) De lapidibus pretioſis interpretandum, de quibus ſic Plinius l. 2. cap. de Natura Terræ. *Viſcera eius extrahimus, vt digito geſtetur gemma quam petimus, quot manus atteruntur, vt vnus niteat articulus?* generaliter Boëtius l. 3. De Conſ. Philo. Metro. 10.

Hoc quicquid placet excitatque mentes,
Infimis tellus aluit cauernis.

Certare autem dictum, vt antea, *Cum ipſius natura veritate certantia.* Vell. Pat. lib. 2. *In quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenij.* Sic apud Senec. Præfatio. lib. 1. Controu. Pomponi. Læt. cap. De magnitudine Imper. qui ex Homer. Iliad. x.

lin. 4. *Hinc Numida cruſtas.*] Numidicarum cruſtarum abuſus primus à Marco Lepido. Plin. cap. 6. l. 36. de his Iuuenal. Sat. 7. verſ. 182. Suet. Iulio. cap. 85. Cruſtæ autem ſunt

Digitized by Google

fruſtula marmoris ad pauimenta & incruſtationes parietum. Varro apud Noni. Luca lib 10. Sidon. Apolli. Epiſt. 5. lib. 1. 2. lib. 2. Caſſiod. Ep. 6 lib. 1. & alii.

Noua vellera Seres.] De horum vſu primo & progreſſu vide Heliodorum noſtrum lib. 10. *ead.*

Ecce alia clades.) Sic antea. *Ecce alia monſtra.* Iuuenal. Sat. 12. *lin. 9.*

genus ecce aliud diſcriminis.

Quæritur in ſyluis.] Non immeritò inter detrimenta Reip. poſuit ferarum inquiſitiones ad exhibẽda ſpectacula. Hac enim via exhauſta ſæpiſſimè patrimonia immenſa, vt patet apud Longum lib. vlt. Primus autem feras Mauri ſiue leones exhibuit Scæuola Romæ, miſſis ad conficiendos à rege Boccho iaculatoribus, Plin. c. 16. lib. 7. Senec. *de Breuitate vitæ* c. 13. Solin. cap. 30. de leonum venatione Plin. loc. cit. Oppia. *κυνηγ.* lib. 4. *lin. 15.*

Vltimus Ammon.] Vltimus, quia in partibus vltimis Imperii & orbis Lucret. lib 6. Virgil. & Luca. lib. 4. Curt. lib. 6. Diodor. Sicul. lib. 17. Arria. Strab. Iuſtin. *ead.*

Bellua dente.] Venationi Leonum, elephantorum adiungit, de qua dico ad Pauſa. *lin. 11.*

Ad mortes precioſa ſuas.] Petron. Afran. in Epigram. *lin. 12.*

Monſtrorum princeps Elephas proboſcidis armis
Horret mole nigra, dente micat niueo.
Sed vario fugienda malo cum bellua gliſcat

Eſt tamen ex certis mors pretioſa feræ.

Hoc etiam de hirundine dixit Marbod. cap. 14.

At Chelidonius lapis eſt, quē gignit hirundo
Ventre gerens pretiū, quo digna ſit ipſa necari.

ead. *Premit aduena claſſes.*] Alia venatio, de qua interpret. Virgil. ad Eclog. 5. Solin. c. 21 Coripp. lib. 3.

lin. 18. *Exſectaque viſcera.*] Declamat hoc Charicles in Dialogo *Amores*, quem falsò Luciano tribui diximus. Luca. lib. 10. tangit V. CL. D. Heinſ. ad Heſiod. ſcorta autem pro meritoriis & deliciis dici nemo eſt qui ignoret, licet aliquis interpretum miretur *non obſeruatum*, diximus anteà.

lin. 22. *Fractique.*] κεκλασμένου Proper. Eleg. 20. l. 3.

Non turpi fractus amore

Diceret hæc Xenophon ὁ παιδικοῖς ἔρωτι καταγνυόμενος tangit Senec. *de breuit. vitæ* c. 13. Symmach. Epiſt. 47. lib. 1. *virtutem puto fregiſſe deliciis.* ſic enim legendum, non *friguiſſe.* Quintilia. c. 2. l. 1. Inſtit. Iuuenal. Sat. 2. Suet. Iul. cap. 68. Ammia. Marcell. lib. 21. Apul. Mileſ. 2. & 6.

lin. 23. *Et laxi crines.*) Vt apud Luca. lib. 10. Plin. Valerian. c. 7. l. 1. Nec improbo *lixi.*

ead. *Et tot noua nomina veſtis.*] De his nominiblus Plaut. Epidic.

lin. 24. *Quæque virum quærunt.*] Terent. Eunuch. Act. 3. Sc. 5. Phorm. Act. 2. Sc. 1. Lucia. Demonact.

lin. 25. *Greges ſeruorum.*] Vt apud Cic. pro Cecinna, Apul. Apolog. 1. ſic. l. 40. & 195. de verbor. ſignific. Tacit. Annal. 3. dixit *ſeruorum familias*, &, *ſeruorum nationes*. Annal. 14.

Ac maculis.) Intelligit lignum reticula- *lin.* 26.
tum, de quo Senec. in Epiſt. Plin. lib. 33. c. 11.
Rectam autem puto lectionem Mſſ. Cod.
quæ ſic habet vt recepimus

minitatur vilibus auro

Præmia corruptis.) Sic legendum eſſe, pa- *lin.* 31.
tet apud Ammia. Marcell. lib. 22. corruptis
contra inſtitutum militiæ Romanæ, & ſa-
cramentum militare.

Ingenioſa gula eſt.] Eadem apud Plin. *lin.* 35.
Grati. actione Caſſiod. Epiſt. 4. l. 12. ſic *in-
genioſa crudelitas, ingenioſa luxuria,* & ſimilia
apud Senec.

Siculo Scarus.] Scarus Siculus in ſummis *ead.*
deliciis, vt patet apud Athen. l. 7. Gell. c. 16.
l. 7. alii item piſces in pretio ex æquore ſi-
culo. Iuuenal. Sat. 5.

Hæc conchilia.) Longè cæteris præſtantio- *p.* 80. *l.* 2.
ra Geographus lib. 5. Valer. Maxim. cap. 1.
lib. 9. Iuuenal. Sat. 4. De hoc lacu & con-
chiliis locus alius dicendi.

Nec minor in campo) Plutarch. in Cæſare. *lin.* 7.
Appia. l. 2. ἐμφυλ Zonar. 2. Annal.

Emptique Quirites.) Appia. loc. cit. Luca. *ead.*
lib. 1. & 3.

Venalis Curia.) Iugurtha apud Saluſt. ſic *lin.* 10.
anteà

Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces.

Propert. Eleg. 12. lib. 3. Senec. c. 9. lib. 1. *de
Benef.* & Epiſt. 115. Appia. loc. cit. Plin. Epiſt.
14. lib. 2.

Eſt fauor in pretio.) Appia. & Luca. loc. cit. *lin.* 11.
hunc fauorem repreſſerat Pompeius lege
ſuâ, de quâ Plutarch. *in Pompeio.*

lin.16. *Faſceſque pudet.*] Luca lib.1 & 9. Plutarc. *in Catone*. Plin. Epiſt 12. lib. 3. ſic Alcibiadem ciuitate expuliſſe puduit Athenienſes, Æmil. Probus *in Alcibiade*.

lin.17. *Morumque ruina.*] Ioa. Saresber. Epiſt 99. *profectò morum ruinâ longè miſerabilior eſt quam nummorum* D. Auguſt. c. 23. lib. 1. c. 11. lib. 11. de Ciuit. Dei.

lin.21. *Roma ſui merces.*] Luca. lib. 1. & 4. Val. Max. c. 6. lib. 7. Flor. c. 13. lib. 3. *ſed hac ipſa in perniciem redibant, & miſera Reſp. in exitium ſuum merces erat.*

lin.24. *Fœnoris illuuies.*] Quæ tunc temporis multum vigebat. Saluſt. Catil. Suet. Iul. Cæſar. lib. 3. Bell. ciuil. Luca. lib. 1.

lin.28. *Sed veluti tabes.*] Saluſt. Catil. *tanta vis morbi atque uti tabes pleroſque ciuium animos inuaſerat.* D. Auguſt. c. 18. lib. 2. de Ciuit. Dei.

lin.29. *Arma placent miſeris.*] Cic. Epiſt. 14. lib. 8. ad famil. D. Hieronym. in Ezechiel. c. 27.

lin.31. *Inops audacia tuta eſt.*] Ouid. Exul. Eleg. 2. lib. 1. *fortuna miſerrima tuta eſt.* Elegãter. Tacit. Ann. 14. *Cui* (vulgo) *minor ſapientia, & ex mediocritate fortuna pauciora pericula ſunt.* Saluſt Catil. Phædr. fab. 6. lib. 4 Zonar. Annal. 2. Martial. lib. 12.

Nil eſt ſecurius malo poëta.

lin.32. *Hoc merſam cœno.*] Phædr. fab. 2. l. 2. Flor. c. 12. lib. 3. verè autem Petronius bellorum ciuilium cauſſam aſſignauit publicæ corruptelæ. Saluſt. Catil. vt & Cic. pro M. Marcell. Horat. Od. 6. lib. 3. Epod. 7. Suet. Iul. D. Aug. c. 3 lib. 3. *de Ciuit. Dei.*

p.81.l. 4 *Craſſum Parthus habet.*] Appia, ἐμφυλ. lib.

Digitized by Google

2. Propert. Eleg. 6. lib. 4. Luca. lib. 10. Eu-
trop. Oroſ. *Craſſum*, immò Craſſos, patrem
& filium. Plin. cap. 24. lib. 5. Iuſtin. Sidon.
Apollin. Carm. 23. poſſet igitur hîc legi
Craſſos, niſi obſtaret comparatio trium.

Lybico iacet aq. Magnus.] Cæſar. lib. 3. Ci- *lin.* 4.
uil. Propert. Eleg. 10. lib. 2. Valer. Maxim.
c. 1. lib. 5. Manil. lib. 4. Luca. lib. 7. Plin. cap.
12. lib. 5. Autor. de Viris illuſtrib. cap. vlt.
Zonar. lib. 2. Plutarch. *in Pompeio.*

Eſt locus.] Reſpicit ad frequētes his tem- *lin.* 9.
poribus hiatus terræ, de quibus Virgil. 1.
Georg. Lucan. lib. 1.

Parthenopen.] Neapolim. Gl. Mſſ Plin. c. 5. *lin.* 10.
lib. 3.

Ceſpite latus ager.] Agri læti qui feraces & *lin.* 25.
pingues. Ser. ad 1. Æn. hinc ſtercorandis
agris fimus *lætamen*. Ser. ad 1. Georg.

Ditis pater.] Alcæus καὶ σὺ πατὴρ Πλύτυ. *lin.* 16.
Suet. Othon. c. 8.

Volucrem fortunam.] Sic Cic. pro Sylla *vo-* *lin.* 20.
lucris fortuna.

Romana iuuentus.] De quâ legend. D. *lin.* 28.
Auguſt. c. 18. lib. 2 *de Ciuit. Dei.* Horat. paſ-
ſim.

Ædificant auro.] Cogitatione ſe refert ad *lin.* 32.
domum auream Neronis, quam ſeptem
verſib. depingit.

Expelluntur aquæ ſaxis.] Saluſt. Catil. Suet. *lin.* 33.
Gaio. c. 21 & 37. Zonar. lib. 2.

Mare naſcitur aruis.] Senec. *Epiſt.* 90. Mar- *ead.*
tial. *Epigram.* 24 & 28. lib. 1.

Mea regna petunt.] Plin c. 63. lib. 2. *Si vlli* *lin.* 35.
eſſent inferi, iam profectò illos auaritia atque

Digitized by Google

luxuria cuniculi refodiſſent.

p. 82. li. 8. *Ora cruore.)* Martia. Capella. l. 1. *vorax hominum ſititorque etiam ſanguinis gradiebatur.*

lin. 10. *Sullanus bibit enſis.*] Luca. l. 1. 2. & 4. Plut. in Mario & Sylla Senec. *de Benef.*

lin. 18. *Vota tibi cedent.)* Stat. 9. Thebaid. Suet. Aug. c. 28. Caio. c. 13. Gerbert. Epiſt. 63. *rebus vobis ad votum cedentibus.*

Deſtruet ipſas] Sic anteà.

lin. 22 *Contraque Troas inuocat Troia ſacra.*

lin. 23. *Idem Deus.*] Fortuna. dico ad librum viri CL. Antonii Mornacii & ad l. 1. Heliod.

lin. 25. *Philippos.*] Propert. Eleg. 1. lib. 2. 10. lib. 3. Luca. lib. 2.

lin. 35. *Vix nauita.*] Ex fide hiſtoriæ, patet apud Plin. c. 25 lib. 7. c. 25. l. 18 Solin. c. 6. Et ideo Velleius Patercul lib. 2. vocat *cruentiſſimum Romano nomini diem.* Oroſ. c. 13. lib. 6. *atrociſſimum bellum* Eutrop. *bellum execrandum & lacrymabile* Mortuorum numerum notat Cæſar. lib. 3. Bell. Ciuil. Appia. l. 2. ἐμφυλ. Oroſ. loc. cit qui addit Centuriones 33. ſed legendum eſſe ex fide hiſtoricâ 30. patet apud Appia. & Plutarc. Notat etiam ſed paulò aliter numerum Zonar. l. 2. Ex Suet. Iul. c. 41. Dione lib. 55.

p. 83. l. 1. *Simulacra virum*) Virgil. fine 4. Georg. Senec. in Oedip.

Vaga per lucos ſimulacra virûm.

Didymus Rex Brachmanorum Epiſt. ad Alexād. apud Iacob. de Vitriaco, hiſt. Hieroſolymit, cap. 90. *quanta ſimulacra dicunt doctores veſtri eſſe apud inferos.* dico ad Heliod. lib. 1.

Fraternos palluit ictus.] Autor Culicis *lin.* 8.

Fraternos plangat neu populus ictus.

Vultus caligine texit.] Virgil. 1. Georg. Luca. l. 1. dico ad lib. 2. Heliod. *lin.* 11.

Armorum ſtrepitu.] Notat hoc prodigium Tibull. Eleg. 5. l. 2. Valer. Max. c. 6. l. 1. Virg. 1. Georg. Ouid. fab. vlt. Luca. lib. 4. Iul. Obſeq. c. 35. & 135. lib. *de prod.* paſſim apud Liui. Vel fortaſſe reſpicit ad ritum illum veterem quo bellum indicturi, Salios clam in templum Martis admittebant qui ancilia haſtamque Dei commouerent, ſubinde clamando *Mars vigila.* Ser. ad 7. & 12. Æn. *lin.* 17.

Ætna voratur ignib. inſol.] Ætna ſolita erat fulmina ad cœlum mittere, ſed tunc temporis fulmina illa non directò in cœlum, ſed verſus Heſperiam tendebant. Ideo Eumolpus dixit *ignibus inſolitis* Luca. lib. 1. *lin.* 19.

Ora ferax Sicula laxauit Mulciber Ætna,
Nec tulit in cœlum flammas, ſed vertice prono
Ignis in Heſperium cecidit latus.

Flumina] ποιητικώτερον *quam fulmina.* Acc. apud Cic. 2. de Nat. Deor. Virgil. 1. Georg. Sulpic. Seuer. in Ætna, Ouid. Exul. Eleg. 10. l. 2. dixit *Ætneos lacus* Strabo l. 6. interpres Æſchyli ad Prometh. vinct. Solin. c. 11. ſic & Mſſ. autores illi cauſæ meæ patrocinantur. Nec tamen omnino eſt improba lectio vulgaris. *lin.* 21.

Vmbrarum facies.] Virgil. & Val. Max. loc. cit. *lin.* 25.

lin.24. *Fax ſtellis,*] Virgil.1. Georg. Luca. lib.7. Zonar lib.2. alluſum ad πολεμίαν φλογα, de quâ Eurip. apud Lycurg contra Leocrat.

lin.25. *Sanguineoque recens.*] Homer. Iliad π. Nonnus Dionyſiac. lib.27. Lucia. Verar. hiſtor. lib.1. ex Homerico loc. cit. Plin. c.56. lib.2. hoc prodigium narrat Appian. lib.2. Lucan. Ouid. illud ſequentibus ſæculis crebro viſitatum.

lin.26. *Exuit omnes.*) Luca lib.1. *Inde moras ſoluit belli.*

lin.27. *Vindictaque arctus amore.*) Ipſe Cæſar bell. ciuil. lib.1 Suet. Iul.

lin.29. *Alpibus aeriis.*) Copioſè I. Phylargyr. ad Ecl.3. Virg. Virgil.3. Æneid.

ead. *Graio nomine.*) Notitia Imperii *de dignitatibus tam ciuilibus quam militaribus in partibus occident.*

lin.31. *Herculeis aris ſacer.*) Dyrrachium. Appia. ἐμφυλ. lib.2.

ead. *Hunc niue durâ.*) Eadem apud Solin. cap. 11.

p.84.l.5. *Milite læto.*) Nuſquam lætior Cæſarianus miles. Flor. c.12. lib.4. Cæſar. Ciuil. lib. 3. Plutarch. in Pomp.

Pulſus ab vrbe mea.) Luca. lib.1.

Pellimur à patriis Laribus, patimurque volentes
Exilium.

Horum verborum cauſæ variæ, vel capiédum de pulſo Antonio cum Zonar. lib.2. vel quod petenti Cæſari triumphum Romam ingredi non liceret. Plutar. in Cæſar. Suet. Iul. Ado Vienn. 5. parte Chronic. vel

ob ſucceſſorem ſibi decretum Appia.lib.2. vel cauſſa decreti, de quo decreto ipſe Bell.Ciuil.lib 1.

Quinquaginta triumphis.) Ex fide hiſtoriæ legi *quinquaginta*, ratio patet apud Solin. c. 6. qui prælia Cæſaris narrando, quinquaginta prælia viciſſe, bis ſiniſtra manu præliaſſe aſſerit. Minus rectè Plin. c. 25. lib. 7. qui emendationem accipiet à Solino. Itaque Cicero Cæſar. 1. dum laudat Cæſarem dixit *numerum præliorum* αὐξητικῶς, vt hoc loco ſi retineatur vetus lectio. *lin. 18.*

Ite ferentes. leg. *furentes.* Ipſe poſteà. *lin. 25.*

Mitis turba Deum, terras exoſa furentes.

i, impetum bellicum facientes, & armatas impetu ferri ad pugnam, Homero eſt μαίνεσθαι Iliad. 8 Euſtat. ad 5. & 8. Iliad.

Comites.] Adulatoriè Appia. lib. 2. dico ad Heliod. *lin. 26.*

Cauſam dicite.) κρίνεσθαι, cauſam dicere ferro, vt apud Luca. lib. 7. flor. cap. 2. lib. 4. Zonar. Annal. 2. Sic apud Cicer. Philipp. 13 *pugio reſpondebit.* *ead.*

Iudice fortuna.) Suet. Iul. c. 32. Pluto in Iul. Luca. lib. 6 Appia. lib. 2. *lin. 31.*

Sumite bellum.) Vt anteà *bellumque ſumunt.* *ead.*

Et cana vincta pruina.) Legi vincta p. Sic poſteà. *p. 85 lin. 8.*

Et pauidus quadrupes vndarum vincula
rupit.

Et alibi, *vinctâ fluctus ſtupuere pruinâ.* Et, *nimbos fregere ligatos.*

Ille tremor Ponti.) Cicer. pro lege Manil. *p. 86. lin. 36.*

Digitized by Google

Plutarch. Pompeio.

p. 87. li. 6. *Tergo tanta lues.*) Rectè qui primi ſic repoſuerunt. Dii de re deſperantes imagines ſuas è templis auferunt (vt dixi anteà) & aufugiunt. Lamprid in Commodo. *Veſtigia Deorum in foro viſa ſunt exeuntia.* Vltimæ tamen Petronii editiones emendationem hanc guſtare non potuerunt. Olim ſic locum integrum legebam.

Ergo tanta lues Diuûm quoque numina fudit?
Conſenſitque fuga cæli timor?

nec fortaſſe malè.

lin. 32. *Primumque Dione*) Suet. Aug. c. 12.

p. 88. l. 10 *Tu legam Marcelle.*] Suet. Iul. c. 28.

lin. 21. *Curio.* Suet. Iul. cap. 16.

lin. 25. *Romanas arces.*]. Sic eſſe legendum patet ipſa narratione.

lin. 33. *Quod genus hominum.*] Virg. 1. Æneid.

Quod genus hoc hominum?

lin. 35. *Ex præſcripto conſilij.*) Quia Romani omnia ex præſcripto conſilii amicorum agebant. Plaut. Captiu. Sc. 2. & paſſim. Valer. Maxim. c. 8. lib. 5. ſic apud Scæuol. lib. 14. *de dote prælegat.* legend. Iul. Capitol. in Antonino Pio.

p. 89. l. 9 *Oblitus ſtatum.*) Iuſtin. l. 16. *Interdum enim ex ſucceſſu continua fælicitatis obliuiſcitur ſe hominem* Senec. *Suaſ.* 2. *Ingentium Imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humana* &c.

lin. 14. *Saginatum corpus*) de quo Hippocrat. lib. 1. Aphoriſm. Varro. cap. 1. lib. 2. de Re Ruſtica Iuſtin. lib. 21. & 34. Tertull. cap. vlt. de pallio.

Quam malè eſt.] Hæc natant in ſingulis ſcriptorum paginis, vt apud Horat. lib. 1. Epiſt. Senec. Controuerſ. 11. lib. 2. Epiſt. 13. & 99. Plin. Epiſt. 4. lib. 6. & Gratia. Actione ad Traia copioſè Euſtat. ad Iliad. o. vbi legendum πτινῆς. *lin. 22.*

Quidquid meruerant] pendet à præcedent. Tangit Scipio apud T. Liui. l. 28. Macrob. cap. 10. lib. 1. *in Somn. Scipion.* Cornel. Flacc. Declamat. 4. vbi leg. *experiendo* Symmac. Epiſt. 61. lib. 1. Nicephor. Gregor. lib. 6. *lin. 24.*

Superbiam capias.] Sic nepotuli illi, Veneris muneribus potentes dicti *ſupe bi.* Horat. Od. 10. lib. 3. ſic ὑπερήφανος Clitophon erga Meliten, apud Achil. Tat. lib. 5. Ibid. μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τοὺς ἀλάζονας. Dixi ad illud *ſuperbus ille.* Sic Tirinnius apud Marcell. v. *Ferox, Videam ego te virginem formoſiſſimam eſſe, ſponſo eſſe ſuperbā, forma ferocem.* *lin. 30.*

Vendis non commodas) Vt poſteà, *ſiue vendis ſiue commodas*: Ex Terentii Hecyr Act. 5. Sc. 1. vnde correctoribus facilis emendandi locus. *lin. 31.*

Medicamine attrita.] Scorta cuiuſcunque ſexus perpetuo erāt medicata. Plaut Moſtell. Penul. & paſſim D. Auguſt. Sermo de verbo Dei D. Hieronymus Epiſt. 8. & 98. ideo *lenoninas artes* vocauit Tertull. lib. *de cultu fœminar* & αἰσχρὰ χρώματα D. Gregor. Nazianz. περὶ γυναικ. legenda Meliſſa in Epiſtol. vbi legend. ἐπὶ τῆς ὄψεως. Populi Septentrionis ita fucis dediti, vt pudeat fœminas non fucari, Margeret. de Imper. Ruſſico. fucus autem multiplex Miltus: *lin. 32.*

Digitized by Google

